


AGARICUM.



comitiali obnoxios eadem facultate, tum rigores per circuitum recurrentes ex crassis, aut viscosis humoribus natos sanat. Juvvat & mōsōs à bestis frigore ludentibus, aut compunctos, tum foris in affecta parte impositum, tum intro in corpus sumptum pondere drachma unus cum vino diluto. Est & purgatorium. Et libr. i. de antidotis idem Galenus inquit: Agaricum fraudem nullam admittit: optimum est levissimum: densum verò, & grave, & lignosum deterrimum: quod autem inter hæc medium est, quantum signis, tantum & viribus ab utroq; distabit: hæcenus Galenus. De viribus Agarici Mesues quoq; scripsit, sic inquit: Agaricum deiecit utrang; bilem, ac etiam pituitam ipsam: crassos, lentos, putrescentesq; humores expellit. Ejus propria facultas est cerebrum, omniumq; sensuum organa, ac musculos expurgare: excrementa, quæ spinali medulla pariter & nervis inhaerint, educere: pulmonem, ac pectus à lentis ac putrescentibus humoribus detergere: ac deinde ventriculū, jecur, lienem, renes, & in mulieribus uterum mundare. Præter hæc solvit Agaricum compaginum omnium contumacem materiam. Quapropter non mirum videtur, vocasse Democritum agaricum familiarem medicinam, cum ad omnes corporis partes conformitatem habeat. Nam non imbecilles possidet vires ad plerumq; tum capitis, tum cerebri, tum ejusdem membrarum morbos: nempe diuturnum dolorem, comitalem morbum, apoplexiam, vertigines, maniam, atram bilem, & cerebri inflammationes. Est etiam morborum omnium, quorum causa fuit obstructio, medicina admodum singularis: quo fit, ut regio morbo affecta, aqua intercut e laborantibus, ac liene vexatis levamentum præstet. Urinam quoq; pellit, ac menses commodè ciet. Coloris nitorem Agarici usus toti corpori commendat. Ventris tineas tum necat, tum deiecit. Coxendicum doloribus convenit, & diuturnas febres discutit. Non desunt quoq;, qui Aga-

Ex Mesue

rico pro sapone utantur, dum caput lavant, eum conferre putantes ad frigidos capitis morbos. Quod Græci ἀγαρικόν. Latini Nomina. quoque Agaricum dicunt: Mauritan, Garichum, seu Garicum: Itali, Agarico & Fongo di Larice: Germani, Dammenschwamm: Hispani, Agarico: Galli, Agaric: Bohemi, Agaryka: Poloni, Modrzewiowva.

AGARICUS inter fungos referendus est: verum alius arboreus, alius saxatilis dicitur: de saxatili, qui Fungus petraeus, & Lac Lunæ dicitur, cujus in lactantibus ad lactis auctorem usus est, hic non agitur. Sed de Arboreo, qui duplex, & ratione sexus, mas & foemina: & ratione coloris, candidus & niger. Probatur quod candidissimum & leve: quod verò grave, nigricans, perniciosum fugiendum: quin & quod corrosivum & quod prope caudicem est. Justum pondus infusi est à drachmis duabus, ad drachmas quin-

RHAPONTICUM.

CAP. II.

RHa, aliqui rheum, Latini rhaponticum vocant, provenit in iis, quæ supra Bosphorum sunt, regionibus, ex quibus affertur. Radix nigra, centaurio magno similis, sed minor, a & rufior, fungosa, ali-quantum lævis, sine odore. Optimum habetur, quod teredines non sensit, si gustatu b cum remissa adstrictione lentescat, manducatumq; colorem reddat pallidum, aut ad crocum inclinantem. Id eorum facit ad inflationes, stomachi imbecillitatem, & omne genus dolores, ad convulsa, rupta: lienosos, hepaticos, tormina, & renum, vesicæ, & pectoris vitia, adversus intenta præcordia, & vulvæ mala, coxendicum do-
lores, sanguinis excreationes, suspiria, singultus, dysenterias, & coeliacorum affectus, contra febrium cir-
cuitus, & venenatorum morsus. Datur in singulis valetudinibus eodem, quo agaricum pondere & cum
eisdem liquoribus: si febri careant in mulso: si aliter ex aqua mulsa: si tabem experiuntur, ex passo: si
lienis exercet, in aceto mulso: si dissolutio est stomachi, id est, cum cibi tenax non est, manditur, & sine for-
bitione ulla devoratur. Livenia, lichenasq; tollit, cum aceto illitum. Inflammationes omnes veteres ex
aqua oblitum dissipat. Summa ejus vis adstringens, cum aliquanto calore.

Rhaponticum officina Rheaponticum vocant. Quod nomen sibi ascribere videtur à Rha fluvio regionem quandam
Ponto conterminam præterluente, in cujus fluminis ripis numerosum nascitur. Cujus rei testis est Ammianus Marcel-
linus lib. 12. suarum historiarum ubi sic scribit: Tanais, qui inter Caucasias oriens rupes per sinuosos labitur circumflexus,
Asiamq; ab Europa determinans, in stagnis Maoticis delitescit. Huic Rha vicinus est amnis, in cujus supercilii vegetabilis
quædam ejusdem nominis gignitur radix, ad multiplices medelarum usus proficiens: hæc Ammianus. Legitimum paucis
ab hinc annis ad nos advehi cœpit. Nam multo antea tempore Rhapontici vice majoris centaurii radix in medicina usum
irrepperat. Quæ etiam nostra ætate non desunt, qui Rhapontici loco utantur, recentiorum inventa respuentes, cum hæcenus
legitimum Rhaponticum neq; noverint, neq; viderint: tanta est quorundam pertinacia. Credidere ad hæc peritissimorum
medicorum quidam, præterito nuper ævo, Rabarbarum à Rhapontico Dioscoridis nullo discrimine differre. Quippe quo-
niam eorum temporis curriculo legitimum Rhaponticum Italia non viderat. Quod cum paucos post annos ad nos esset al-
latum, non desuere qui priorem revocaverint sententiam. Id quod maxime palam facit Manardus Ferrariensis in suis
epistolis. Quandoquidem in libro quinto epistola 2. firma hæc, & stabili ducebatur opinione, vulgare nostri usus Rhabarba-
rum, &

Meum
cognoscere
si possit, a ru-
bicundi-
or. Sed
Cat. itro
est, si possit
i. rutilan-
rior.
b Orib. ha-
bet rutila-
m. i. ma-
ximè.

Rhapon-
tici consi.
Quorun-
dam er-
ror Cen-
taurii ma-
joris ra-
dice pro
Rhapont.
utentiū.
Rhabar-
barum an
idē cum
Rhapon-
tico.
Monardi
opinio.

I. * RHAPONTICUM FOLIO

Helenij incano. *

II. * RHA DIOSCORI-
dis. *

Vana A-
verrois
salumnia
contra
Gal.

Rhapon-
tici sub
Rhabar-
baro me-
minere
Serapio &
Avicen.
Aegine-
ta Rha-
barbaru
egnovit.

Rhapon-
tici, &
Rhabar-
bari dif-
crimen
non esse
statuit
Ruellius
malé.

rum, & Dioscoridis Rhaponticum & idem esse, & nihil inter se cognatione differre. Veruntamen cum postea legitimum conspexisset Rhaponticum è Moschovia allatum, quod Dioscoridis historiam notis omnibus reserret, novam statim induit opinionem, & priorem, quam habuit, revocavit, ultima quinti libri epistola ad Leonicum scribens. Rhaponticum primum vidi ego Venetiis in officina ad medici insignium, è Constantinopoli allatum, ac deinde aliis pluribus in locis etiam ex Alexandria convectum, quod nullis reclamantibus notis, verum antiquorum Rhaponticum refert. Invenitur Averroes l. 5. suarum collectanearum, tum in Galenum tum in reliquos, qui dixerunt Rhabarb. facultate tantum adstringenti pollere, quod purgatoriam, quæ illi inest, facultatem minimè compererint: cum tamen Averroes ipse sit maximopere carpendus, quod neq. Gal. neq. ceteri seniores Rhabarb. nostri usus usquam meminerint, nec quicquam de eo posteritatis memoria prodiderint, tamen si de Rhapontico à Dios. descripto plura tradiderint, inter cujus facultates nulla penitus, quæ purgando fit, inveniri potest. Rhapontici meminere, sub Rhabarb. tamen titulo, nisi interpretis (ut serè suspicor) sit lapsus, cum Serapio, tum etiam Avicenna: quandoquidem non plures suo Rhabarb. assignaverunt facultates, quam qui eos precesserunt, Rhapontico assignaverint. Quippe quod eorum neuter scripserit, suum Rhabarb. dejectoria facultate pollere. Id quod verum indicium præbet, scripsisse hoc de Rhapontico, non autem de Rhabarbaro. Quo fit, ut non ab re putandum sit, id evenisse interpretum ignorantia Rhaponticum in Rhabarbarum permutantium. Cognovit tamen legitimum (ni fallor) atatis nostra Rhabarbarum Paulus Aegineta, cum ipse meminerit lib. 7. cap. 11. in quibusdam medicamentis adversus podagras, quorum cognomina sunt Diacorallion, compositio Agapeti, & compositio Atactos. Verum non præterea credidit ipse, Rhaponticum à Rhabarbaro differre. Cujus rei auctoris fidem manifestam facit lib. 1. cap. 43. ubi scribit, quod devorata terebinthina resina oliva quantitate dormituri alvum leniter molliat, & quod id præstatur efficacius si Rheipontici momentum admisceatur. Ex quibus palam fit, per Rhaponticum Paulo Rhabarbarum designari, quod fortasse inter hæc existimaverit nullam intercedere cognationis differentiam, quemadmodum credidere recentiorum quidam, de quibus paulo antè diximus. Paulo enim si Rheipontici, & Rheibarbari aliqua intercessisset differentia, ubi peculiariter de simplicibus medicamentis agit, de utrorumq. facultate speciatim scripsisset. Sed cum ibi tantum Pontici meminerit, indicium haud dubium est, illi Barbari, & Pontici nullam fuisse differentiam. Ceterum Ruellius eos acriter reprehendit, qui inter Rhaponticum, & Rhabarbarum nostrum discrimen faciunt, cum sua ferat opinio, alterum ab altero minimè disidere: atq. si qua differentia reperitur, eam non aliunde provenire, quam regionum, ubi gignitur, diversitate, clementia, vel inclementia cali. Neq. alia ratione asserit, Ponticum nullo odore commendari, quam aquilonarium regionum, in quibus oritur, immam frigiditate: cum tamen Pontica regio non usq. adeo sit frigida, ut Ruellij sententia admitti debeat, sed ut potius tanquam inanis reprobanda videatur. Quandoquidem sequeretur, quod cetera stirpium genera, quæ tam in Oriente, quam in Meridie odoris fragrantia commendantur, in aquilonari plaga, & in ipsa Ponti regione penitus inodora reperirentur. Quod tamen falsum esse semper crediderim: nam quamvis stirpes omnes, quæ in aquilonaribus regionibus oriuntur (de his, quæ natura odoratiores habentur, intelligo) ex climatum, & aeris algore, sint odore ac ceteris qualitatibus imbecilliores, non ob id tamen harum qualitatium adeo expertes deprehenduntur, ut discerni nequeant: quin & in quemlibet usum, ubi scilicet conferant, non recipiantur suis in regionibus. Quippe si ob frigoris, ac regionum inclementiam suas innatas qualitates penitus exuerent, adeo ut sola tantum forma remaneret, propriam omnino perverterent speciem. Quod tamen nulla ratione, nec auctoritate probatur. Siquidem compertum jam pridem apud nos est, quod quanquam Celtica nardus, quæ à quibusdam Carinthia, & Styria

- & Styria alpius nobis affertur, à quibus planè quatuor, vel quinq; totius anni mensibus, nix colliquat labitur, itemq; acori radix, quæ nostro aëre ex Sarmatia Europa, glacie, & nivibus majore anni parte semper obducta, advehitur in calami odorati usum, odore tam valido, navesq; feriente fragrare non deprehenduntur, quemadmodum Celtica illa nardus, quæ ex Liguria, & Istria defertur, & acorum, quod ex Ponto, Syria, & Aegypto peritur, non tamen ob hoc evenit unquam, quin suis propriis ac naturalibus fragrent odoribus. Quo fit, ut infirma admodum, quantum equidem conjicio, sit Ruellii sententia. Quare hinc nobis concludere liceat, Rhabarbaricum odoris experti non esse, aeris, soli, & regionis algore, sed quod alia à Rhabarbarico vel Indico sit planta. Declarant præter hæc Rhabarbarum à Rhabarbarico plurimum distare purgatoria vis, quam natura ipsa Rhabarbaro largita est, odor naves feriens, compacta simul substantia, aureus color, ariditas, amaritudo, quæ gustu percipitur, & ponderis gravitas. Quandoquidem Rhabarbaricum nullo odore commendatur, minimè dejectionem movetur, cum potius adstringat: non est amarum sed subacre: non aridum, sed lentum: non compactum sed rarum: non ponderosum, sed admodum leve. Quibus rationibus fretus non temerè asserendum putaverim, Ruellium hac in re magnopere hallucinatum fuisse, præsertim, cum dicat, nullo alio discrimine Rhabarbarum à Rhabarbarico differre, quàm odore tantum. Vanum quippe videtur argumentari, Rhabarbarum, & Rhabarbaricum unam & eandem esse radicem, quod forma, colore, ac specie nihil inter se distare oculorum sensibus appareant, cum tam in facultatibus, quàm qualitatibus, maximè inter se differant. In simili errore versantur etiam ii (sunt enim qui ita sentiant) qui sibi falso persuadent, abietis lachrymam à lagna nihil dissidere, & unam ac eandem lachrymam esse, eo quod in colore, in substantia, ac in cæteris notis, in quibus perpendendis oculi tantum judices sunt, adeo persimiles videantur, ut visibili facultate altera ab altera discerni non possit. Verum si quis rem cæteris sensibus experiri aggredietur, discrimini certior fiet: namq; olfactu odoris fragrantiam haud insuavem gustu verò amariorè in abietis lachryma comperiet, quib. lagna caret. Et quisnam juniperi resinam à lentiscina secerneret, nisi rei ipsius incorruptus iudex fuerit gustus. Quis à Strobilina resina, & a quibusdam gummi globulis rhus ipsum agnosceret, nisi adulterium tum igne, tum gustu deprehenderetur: Tanta præterea intercedit similitudo inter pistacium, & unguentariam glandem, ut nisi hæc amaritudinem gustu relinqueret illud verò dulcedinem, difficillimum sanè fuerit alterum ab altera distinguere. Quid porro inter se similis reperitur, quàm cassia, & cinnamomum, etsi hæc omnino specie non conveniant? Hinc facile adductus sum, ut nullius momenti eorum argumenta semper existimaverim, qui res secundum quasdam tantum qualitates judicant, quibus etiam sæpe decipiuntur, ut ii, qui hac levi ratione ducti Rhabarbarum, & Rhabarbaricum idem esse contendunt. Meminit Rhabarbarici Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, ubi de ejus viribus ita scriptum reliquit: Rheum, quidam ipsum Rhabarbarum nuncupant, mistam habet tum temperaturam, tum facultatem. Habet enim quiddam terrefrigidum, cum indicio est adstrictio, & adjuncta est quedam illi caliditas: siquidem si plusculum mandatur, subacre conspicitur. Quæ etiam aereæ cujusdam substantiæ subtilis est particeps, quod indicat tum laxitas, tum levitas: verum non minimè & opera. Ob id enim licet adstringens, tamen non tantum convulsis, sed & ruptis, & orthopnæa prodest. Sic quoq; liventia, & lichenas sanat cum aceto illitum. Porro quod adstrictionis opera haud instrenua sunt, hinc discere liceat, quod sanguinem expuentibus, coliacis, & dysentericis conferat: nec enim reluctatur terrefrigido tenues aërem, imo eò quod deducat, & in altum perducatur, valentioris effectus causa existit. Et in libro de antidotis primo: In Rheo, inquit, quoq; fraus committitur: nam quibus in locis nascitur, simulatq; evulsus est, ipsum elixant, quod succum remittant, ac tam succum, ut syncerum, & aquæ impermixtum, quam Rheum exiccatum, ut non elixum ad nos postea mittunt. Idcirco scire oportet adulteratum dignoscere, quod facillimè ab his deprehenditur, qui Rheum sua sponte nascens viderunt: hæc enim Galenus. Cæterum adulterium, quod in Rheo fieri prodidit Galenus, id (ut paulo post dicturi sumus) de Rhabarbaro tradidit Mesues. Cui tria Rhei constituuntur genera, nempe Turcicum, Barbaricum, & Indicum, quod & Sceniticum vocat, omnia à regionibus, à quibus convenerunt, cognominata, vel in quibus proveniunt. Quippe Turcicum nil aliud illi designatur, quàm Ponticum, vel quod è Ponto ad Turcas vicinas deferatur, vel quod ab iis saltuosius convallibus, in quibus ultra Tanain fluvium priores Turcæ, Pomponii Mele, & Plinii testimonio, nationibus sæpe vixere tantum, jam pridem in Pontum fuerit delatum. Siquidem ab his non longè distat Rhasus fluvius, circa quem Rha, quod Ponticum posteri vocaverunt, probatissimorum auctorum testimonio, oriri certè scimus, fluminis illius nomine pariter appellatum. Quo fit, ut hac in re non dubitaverim errasse etiam Mesuem: quippe qui inter Rhei genera alium ducentia Ponticum admiscuerit à cæteris tum specie, tum facultate diversum, quamvis fortasse rectius id Turcicum appellaverit quàm Ponticum. Porro Indicum ab India dictum, ubi frequentissimum provenit, nemo est qui ambigat. Sed quænam ratione Sceniticum, & Indicum idem esse dixerit Mesues, hæc enim compertum non habeo: nisi fortasse Sinicum rectius legendum fuerit, quod à Sinis extrema India populus (ut arbitror) deferatur, cum plura quoq; aromatum genera ea regio mittat. Id quod manifestè idem declarat Mesues: quippe qui Sceniticum, vel Sceniticum Indum esse affirmat. Scenitæ enim (ut infra dicemus) India populi non sunt, sed potius Sini, à quibus Sinicum ut vulgata habet lectio, mea quidem sententia, vocari debet. Sunt tamen qui velint Sceniticum, nec Indicum esse, nec à Sinarum regione oriundum, quod à Mauritania non Sinicum, sed Sceniticum dicatur. Quamobrem eorum quidam, ut Adamus Lonicerus, in Arabia hoc nascentem, & à Scenitis illius regionis populis Sceniticum, sive Sceniticum vocari putat. Fuchsius verò Mesui opinionem secutus, nullam inter Indicum, & Sceniticum facit differentiam: quippe qui scripserit lib. primo de compositione medicamentorum, Rheum Indicum esse vocatum, quod ex India, aut locis India proximis, nempe à Scenitis populis, ut auctor est Stephanus de urbibus Persidis, deferatur. Verum cum Scenitæ desertæ Arabia populi omni aromatum genere sint destituti, cumq; asserat Mesues Sceniticum rheum, & Indicum idem esse, cadit, peritq; Loniceri opinio. Velim tamen si possem Fuchsii sententiam probare. Verum cum Scenitæ etiam Straboni populi sint à Parthorum collegio Arla & Maryana montes incolentes, distentque ab India sinibus milliariis plusquam mille & quingentis, nescio profectò, quonam modo Indicum rheum à Scenitis Parthorum populis Sceniticum dici possit: quo fit ut etiam Fuchsii opinionem longius sustinere nequeam. Ad hæc de Barbarici nomenclatura varia admodum est recentiorum medicorum sententia. Quandoquidem sunt qui velint sic dictum à Barbaria Aphrica provincia, sic vulgariter appellatam, ubi olim Chart ago clarissima habuit sedem. Horum opinionem sequitur Fuchsius, quod scripserit lib. 1. de compositione medicamentorum, id verum fuisse Rhabarbaricum, quod superioribus annis secum adduxere milites, qui cum Carolo Imperatore Tunetum expugnarent. Alii Barbaricum vocari credunt, quod à Barbari India civitate, quæ intra Indi fluvii fanges est sita, devehit censent, rati Indicum, & Barbaricum idem esse. Alii autem à Barbaria Erythraei pelagi insula, sic appellatum existimant, quod India naves, ac liburnica aromata deferentes magnam suam mercem, ibi jam pridem habuerint emporium, à quo per Arabicum sinum, trajecto prius angusto mari de Mæcha, aromatum omne genus in Aegyptum per alias deferretur nationes. Sed aliter se habet opinio nostra: quippe quod semper

Ruellii, & aliquorū error.

Rhabarbarici vires ex Gal.

Rhei tria genera Mesue, Rhei Turci nomenclatio.

Rhei Indici nomenclatio.

Ada. Lonicerus reprehenditur.

Fuchsii opinio non accepta.

Rhei barbarici nomenclatura.

Rhabar- semper existimaverim, Rhabarbarum ex Troglodytica Aethiopia regione ad nos deferri, & ibi etiam oriri, quod ea regio
barum ex Barbarica antiquis fuerit appellata. Siquidem inveni Galenum scripsisse tum lib. 6. de simplicium medicamentorum fa-
Trog. o- cultat. tum lib. 4. cap. 6. de tuenda sanitate, Gingiber ex Barbaria ad nos convehi: quod tamen Dioscorides superiore libro,
dyticare- & Plinius lib. 12. cap. 7. a Troglodytis deferri, & in eorum regione nasci tradunt. Quinetiam reperio, glandem unguenta-
gione de- riam, quam Galenus ex Barbarica regione adferri scribit, Dioscoridem libro sequenti in Aethiopia, ubi est Troglodytica
ferri pro- regio, & Plinium libro 12. cap. 21. Troglodytis nasci posse vitatis memoria prodidisse. Ex quibus sane liquido constare puto,
batur. Troglodyticam regionem, & Barbaricam antiquis unam & eandem fuisse. Huc praeerea accedit alia Plinii auctoritas, qui
libro jam bis citato, c. 19. ubi raritatis cinnamomi causam reddit, id accidisse scribit, incensis sylvis Barbarorum ira. Nam
cum ipso inibi teste, oritur cinnamomum in Aethiopia Troglodytis connubio permixta, non alias usq. gentes Barbaras
appellasse credimus, quam Troglodytas. Quamobrem & myrrham Troglodyticam appellavit Barbarum cap. 16. ejusdem 10
voluminis. Nec ab re quidem Galeno, & Plinio Troglodyta Barbari speciatim dicuntur, cum scripserit Pomponius Mela
gravissimus auctor libro primo de situ orbis, eos magis stridere, quam loqui, specus tantum subire, & ali serpentium carni-
bus. Qua sane omnia ita in mea me firman opinionione, ut certo credam, Rheum illud verè esse Barbaricum, quod ex Troglo-
dytica asseratur regione. Sententiam nostram magis adhuc confirmare videtur Strabo, quod libro 15. sua Geographiae
apertè refertur, ea omnia in aromatum, & plantarum genere oriri in Arabia, & Aethiopia, qua in India australi proveni-
unt, quod haec regiones sola persimiles sunt. Non placet igitur, ut dicam liberè quod sentio, Fuchsi opinio, ob praedictas tum
auctoritates, tum etiam quoniam apud nullum usquam legerim ex ea Africa parte, qua vulgò dicitur Barbaria, Rha-
aliquid asferri, quod ibi proveniret. Quin nec aliorum sententias comprobaverim, quoniam nec illud, quod à Barbari India

III. RHABARBARUM.

* IV. RHABARBARI RA-
dix. *

20



30

40

50

vivitate, nec illud, quod à Barbaria Erythraei pelagi insula advehitur, rectè Barbarum dici potest, cum ex India utrun-
que petatur, & quod nullus extet auctor, qui à Barbari civitate Rhabarbarum scribat suam duxisse originem. Quare
illud legitimum esse Rhabarbarum mea demum firma sententia est, quod ex Troglodytica Aethiopia regione fuerit
advectum. Quod facile fortasse Veneti, qui quotannis in Alexandriam navigant, seligere possent ab Indico: quod cer-
tò sciam, multa aromatum genera prae ter Indica è ex Aethiopia, ex felici Arabia per Carovanas (ut vocant) com-
portari. Porro non solum in praescriptis locis Rhabarbaricum provenit, sed etiam copiosissimum habetur in locis quibus-
dam, magno Regi Chan, Cataii Domino, subjectis. Regionis (ut illi vocant) Succur, si Persis negociatoribus, qui illuc va-
dunt, est adhibenda fides. Dicunt enim provinciam hanc adeò Rhabarbaro abundare, ut inde per universum defera-
tur orbem. Optimum nasci ajunt non longè ab hujusce regionis Metropoli, qua SUCCUR, quemadmodum plaga
Rhabar- tota appellatur, quibusdam in montibus, ipsiq. eminentibus ac saxosis, ubi plurimi scaturiunt fontes, & sylva habent
bati hist. tur diversarum arborum generibus referta. Terram ajunt ibi esse rubram lutosamq., tum propter pluvias multas,
tum etiam propter fontium rivulos, qui locum irrigant, & madefaciunt. In his itaq. montibus Rhabarbarum pro-
venit (ut illi narrant) caule ab radice brevi, sed crasso, haud stirpium longiore, è quo circumquaque folia copiosa
proveniunt, binum dodrantum longitudine, ex angusta origine in latum defluentia, & deorsum spectantia, ut ex ap-
picta hic imagine apparet. Serrata illi folia non sunt, sed lanugine quadam pilosa circumquaq. obducta. Haec dum adole-
lescunt, viridia sunt, atqui con senescentia lutea fiunt, & in humum concidunt: è medio soliorum stipatu cauliculus sive
germen

60

germen ex crassiori caule prodeit, in cuius summitate flores exeunt purpureis violis haud valde dissimiles, colore ceruleo sub-
 albicante, odore acuto simul & gravi adeo, ut olfactu displiceat. Radices bipalmarem longitudinem superant, colore ex-
 terius ex rufo nigricante, verum non omnibus plantis aequalis habetur radicis crassitudo. Nam aliae crassiores, aliae tenuio-
 res, ut in ceteris etiam plantis plerumq. fit. Veruntamen, quae ad summam crassitudinem adoleverunt, humani cruris mo-
 lem aequare solent: fibris ubiq. radix referta est, quibus in humum defixis, alimentum capefit. Interna pulpa aureo colore
 nitet, rubri quamplurimis intercurrentibus venis. Succo madet copioso tum croceo, tum purpureo, qui suo lentore facile
 manu implicat, & colore inficit, dum radices repurgantur, & secantur in partes: nam simulac fuerint effossa, rixoromi
 eas repurgant, & secant. Ceterum haud statim a sectione trajectas filo suspendunt, ne succus guttatim stillans deperdatur.
 Quare seriatim particulas super asseribus collocant, vertuntq., ac invertunt, quotidie pluries: hoc enim modo merassatus
 10 succus non deperditur, sed in sua servatur radice. Quatriduo deinde transacto, particulas funiculo trajiciunt, & suspen-
 dunt in umbra, locis apertis, quod tamen solis radii accedere nequeant. Siccantur enim hoc modo ventorum flatibus, in libero
 aere, duorum mensium spatio, & deinde negotiatoribus venduntur. Effodiuntur radices ineunte vere, in ipsa prima folio-
 rum germinatione. Ubi autem estater radices eruta fuerint, foliosa existente planta, tanquam evanida croceo illo succo
 carent, quo fit, ut viribus infirmiores habeantur. Recentes veneunt vili admodum pretio: siquidem plenus curvus tribus,
 aut quatuor argenti drachmis emitur. Quamobrem, nisi plurimi accederent negotiatores, qui Rhabarbarum peterent, il-
 lud haud unquam incolae effoderent in proprium medicamentorum usum. Sunt qui putent nusquam, praterquam in hac
 regione, nasci Rhabarbarum, quod Indi, & qui Chinam inhabitant Regionem, eo illud emptum accedant. Sed an id verum
 sit, cur comprohem non habeo, praesertim cum Rhabarbarum, quod Alexandriam Aegypti comportatur, non solum ex In-
 dia, sed ex Aethiopia, & alia fortasse Aethiopia plaga deferatur. Ceterum in locis, qui circa Catajum sunt, haud un-
 20 quam Rhabarbaro in medicamentis utuntur, sed tantum ad sua suffrenda Idola, suis thymiamatis admisceant. Recens
 adeo amarum esse ajunt, ut vix degustari possit. Ceterum antequam de Rhabarbari viribus agamus, illud in primis igno-
 randum non est, quod falsa, ac vana sit vulgare, & aliorum quorumlibet opinio, qui sibi firmiter persuadent, Rhabar-
 barum violentum admodum esse medicamentum, & quod propterea a medicis non exhibeatur, nisi in deploratis ferè mor-
 borum affectibus. Siquidem (ut inferius clarissimè patebit) illud haud dubie tutè & pueris, & utero gerentibus mulieribus
 omni tempore, & aetate exhiberi potest. At qui in eiusmodi hominum mentibus invaluit hac inanis opinio: quoniam elapsis
 temporibus tanta Barbarica huius radicis extitit penuria (aquali enim cum auro pondere vendebatur) ut ad pretii ma-
 gnitudinem evitandam, eam tunc non dedissent medici, nisi ubi morbos vel mortis periculo, vel diuturnis languoribus non
 vacare, certis signis coniecissent. Quo factum fuit, ut passim hac reprobanda opinione ducerentur homines ad credendum
 quod in morbis curandis valentissimum, imò violentissimum omnium medicamentorum esset Rhabarbarum. Huius vires
 30 ceteris diligentius, latiusq. descripsit Mesues sic inquit: Rhabarbarum innocens, clemens, & excellens est medicamen-
 tum, multas dotes medicamento purgante maxime expetitas complexum. Praeclit in omni genere Indicum, quod recens
 fit, colore subnigro rufescente, ponderosum, quamvis sua substantia ratum, & quod cum frangitur, rufo, & glauco colore
 alternante spectatur: item quod mansum croceo inficit colore. Adulteratur autem, quod omnino te animadvertere cautius
 oportet hoc modo. Accipiunt impostores Rhabarbari multum, totumq., aqua macerant quinq. diebus, exemplum deinde
 siccant, subtrahuntq. vi, & quasi anima vendunt. Aquam verò, qua maduit, igne, vel sole similiter siccant, & in pastillos
 conformant ad regales usus. Fraus cognoscitur, quod syncerum non vehementer adstringat, substantia ratius sit, & colore
 croceo inficiat. Adulteratum verò contrariè se habet. Nam coloris interni varietatem amisit, & subnigrum. Calefacit, ac
 siccit secundo ordine, et si nonnulli primo tantum dicant. Constat tum aqueis, tum terreis qualitatibus, quae adstringentem
 ei facultatem tirbunt, & ejus substantiam conservant. Est & aëreus raritatem substantia conferentibus particeps. Nec
 40 igneus quidem expers est, a quibus amaritudinem, concurrentibus etiam terreis qualitatibus, acquirit. Ac ipsa terrestris qua-
 litas in imo delitescit: ignea verò in sublime fertur: quo fit, ut ejus dividantur qualitates cum aqua, aut vino perfunditur.
 Operatur autem in obstructionum affectibus igneis tantum facultatibus: terreis verò, ubi adstrictione sit opus. Omni penitus
 noxa vacat, daturq., omni tempore, & aetate, adeo ut pueris aetate tenellis, & praegnantibus facile exhiberi possit. Auget Rha-
 barbari vires caprinum serum, vel si maceretur intubi, vel apii, aut plantaginis decocto. Nulli memoria excidat quin semper
 Indica nar di autillum ipsi commisceatur, cum maximopere conferat. Addendum etiam semper erit vini albi odorati mo-
 dicum, praesertimq., ubi ad obstructiones referandas paratur: illud praeterea memoria retinendum est, quod scilicet in adule-
 rato nulla dejectione reperitur facultas. Synceri macerati expressio probe convenit, ubi tantum abstersione, ac infarctus libe-
 ratione sit opus. Quod si post hasce functiones, viscera adstrictione roborante eguerint, ipsum quidem in pulverem contritum
 exhibendum fuerit. At illud quod igne torrescit, vehementer operatur, ac vehementius comburit. Purum, selectum, ac sub-
 50 stantia compactum, absq. jactura in tenuem pulverem conteritur potest. Rarum verò ac laxum minimè, quoniam ex vehemen-
 ti, ac longiori contritione facile evanescit, ac deperditur. Resolvitur item ejus vis, cum aqua, vel vino decoquitur. Dejecit
 Rhabarbarum non modò bilem, sed etiam pituitam ipsam. Eiq. propria facultas inest cum abstergeri, tum etiam roborandi
 tam ventriculum, quam jecur, & eorum compunctiones amovendi. Clarificat Rhabarbarum sanguinem, obstructiones ape-
 rit, ac omnis pariter affectus sanat, quos generant obstructiones: nempe aquam intercutem, regium morbum, lienis crassi-
 tiem, ac diuturnas febres. Sanguinem rejicientibus, ac ejus a qualibet parte manationibus, qualitate ac facultate substantia
 prodest. Datur etiam ab alto devolutis, ruptis & tam interne quàm externe fractis maximo juvamento, praesertimq., si vino
 austero drachma pondere commisceatur, addito syncera mumia momento, ac etiam erythrodani radicis tantundem. Sin-
 gultientibus opitulatur, dysenteriam cohibet, praesertim quod igne sit torrefactum, addito tamen adstringente vino, &
 plantaginis succo. Vindicatur a carie, & tere dine annis tribus, vel quatuor. Verum si cetera oblinatur, vel in melle reponatur
 60 vel psyllii semine, vel milio sepeliatur, diutius integrum, & syncerum servari poterit. Est & aliud Rhabarbarum, imò po-
 tius pseudo Rhabarbarum, quod quidam Monachorum Rhabarbarum vocant. Verum huic genuini Rhabarbari vires non
 sunt. Est enim (ut mea fert opinio) genuinum Diosc. Hippolapat hum, ut superius suo loco latius explicavimus. Non desunt
 tamen qui huius decoctum, aut dilutum ad exolvendum alvum propinent, sed quo id fiat successu ipsi dicant. Praestat ta-
 men radix contrita ex vino albo meraco pota ad expediendos obstructores, & ad calculum pellendum: quin etiam
 diebus quadraginta pota contra canis rabidi morsum, ac etiam simul vulneri illita. Radix, quae pœ, & pœv Græcis: Ra-
 ponticum Latinis appellatur: Arabibus, Raved, seu Ravend: Italis, Rhabontico. At Rhabarbarum, Italis Reobarbaro.

Opinio
 falsa eorū
 qui Rha-
 barbarū
 violētum
 dicunt.

Rhabar-
 bari vires
 ex Mes.

Adulter-
 ratū Rha-
 barbarū
 noscen-
 dum.

Vires
 Rhabarb.
 ut augen-
 da.

Pseudo-
 rhabar-
 barum.

Nomina.

Rha five Rheum antiquorum, quod Rhabonticum Latini vocant, ex Rumicis seu Lapathi genere ef-
 se volunt, eo quod Hesiodi commentator Lapathi radicem Rheum appellari scribat. Cum quo aliqui
 idem

S f

idem statuunt ipsum Rhabarbarum, secuti Arabes: ut qui Rhapontico vim purgatricem tribuant, quæ & Rhabarbaro inest: hoc si sit, tum officinarum Rhaponticum, tanquam facultate hac carens, adulterinum erit: quare non desunt, qui Centaurii majoris radicem, quæ crassior, multoq; major est, pro Rhapontico, quæ minor & tenuior, exhibeant. Sic Cordus Rhabarbarum nostrum idem genere cum Dioscor. Rhapontico voluit, quod tantum loco differat. Alii verò Rhabarbarum à Rhapontico diversum statuunt: & sanè videtur Dioscorides suo Rha non Rhabarbarum officinarum, cujus Mesues meminit, sed Rhaponticam, cujus iconem adjecimus, intelligere. Ast de his in historia. I. Rhaponticum folio Helenii incano, C.B. Rha, Rhecoma, & Rhacoma Plinii, Dod. gal. Rhaponticum (nil aliud quam Rhabarbari species) Lacu. Cast. Rha, Dod. fol. Rha capitatum folio Enulæ centaurei majoris facie, Lob. Rha capitatum Helenii folio, Lugd. Rheum antiquis appellatum, ex Lapathi genere videtur, Cæs. Rhaponticum quartum, Taber. II. Rha & Rheum Dioscoridis, C.B. Ponticum Rha antiquorum, Adver. Rhaponticum antiquorum, Lob. icon. Rhaponticum verum officinarum, Tab. III. Rhabarbarum à Matthiolo pictum, quem imitatus est Tabernæmontanus, hætenus non vidimus: meminit & Alpinus libro de plantis Ægyptiacis. Rhabarbari quod foliis sit Rumicis latioribus, crassioribus, lanugine alba obsitis. IV. Adjecimus figuram radicis cujus usus est, quod Rhabar. nomine Lob. in icon. suis & sub Rhabarbaro 3. Tab. proposuit.

FERTILIS.

GENTIANA.

CAP. III.

Gentianæ inventio prima assignatur Gentio Illyriorum regi, à quo cognomen habuit. Foliis partim proximè radicem, juglandi, plantaginive similibus, subrubris: partim à medio caule, & præsertim juxta cacumen, paulum dissectis, caule cavo, & levi, digiti crassitudine, geniculato, & ex interval- 20
lis majorib. foliato, binum cubitorum altitudine: semine in calicibus lato, levi, glumoso, satis ad sphondilii semen accedente: radice longæ aristolochiæ, longa, crassa, amara. Nascitur in sublimib. montium jugis, umbris locis, aquosisq;. Vis radicis excalectorum, & adstringens: contra morsus serpentium, duabus drachmis, cum pipere, ruta, & vino pota auxiliatur. Extracti succi drachma, laterum doloribus, & ex sublimi deturbatis, ruptis, & convulsis prodest: hepaticis, & stomachicis, pota cum aqua subvenit radix collyrii modo subdita, partus ejicit: imposita, ut lycium: vulneraria est, & ulcerum cunicularum depascentium medela. Succus præcipue eodem effectu prodest: oculis inflammatione laborantibus, illinitur: pro meconio collyriis acerbis immiscetur. Radix vitiliginem absterget. Succus extrahendi ratio hæc est. Contusa radix quinque diebus aqua maceratur: postea in eadem tantisper decoquitur, dum extent radices: & ubi refrixit aqua, linteo excolatur: mox discoquitur, dum mellis crassitudo fiat fætiliq; reconditur. 30

I. GENTIANA MAJOR.

II. *GENTIANA MAJOR,
Purpurea. *

Gentianæ consider. Gentiana planta est vulgaris notitia, trium est generum: major, minor, minima: Major frequentissima excelsis Tridens montibus provenit, præsertimq; in Ananis, eorundem montium pratia ac pascua, in quorum cacuminibus sæpius ejus effodi radices brachiali crassitudine, & bicubitali longitudine. Hanc à Gentio Illyriorum rege inventam unde illi nomen, non modo Diosc. sed aliorum etiam veterum monumenta testantur. Plinio l. 25. c. 7. ea est omnium præstantissima, quæ in Illyrico nascitur, ubi fortasse primum inventa est. Gentiana vires paucis admodum perstrinxit Gal. l. 6. simp. med. sic in-
quiens: Herba Gentiana radix valde efficax est, ubi extenuatione, purgatione, abstersione, obstructionis liberatione opus sit & nec.

III. GENTIANA MINOR.

IV. GENTIANA MINIMA.



fit: nec mirum, si hac possit, cum impense sit amara. Hac (ut Avicenna ait) ex alfacit ordine tertio, sic atq; secundo: Utri-
nam, & menses efet, & adversus scorpionum ictus ceteris antidotis praestat. Ejus aqua, praesertim quae vase duplici balnei va-
pore vitrei organo elicitur, febres (ut ego sapius expertus sum) ab insarctum viscerum tum vasorum excitatis, mirifice
pellit. Alvi tinea necat, maculasq; in facie qualescunq; detergit, si ea frequentius macula abluantur. Est praeterea quadam
vulgaris etiam planta, aliquibus CRUCIATA dicta, quae non parvam cum Gentiana cognationem habere videtur: quan-
doquidem & notis, & facultatibus illi plurimum respondeat. Unde eos non longe aberrare crediderim, qui hanc Gentia-
nam minorem appellaverint. Hec in incultis praecipue locis nascitur, secus itinera in montibus, caule rotundo, dodrantali,
ac etiam majore, in cacumine rufescente, paribus fere intervallis ab imo ad summum geniculis intersecto: & quorum sin-
gulis alio bina prodeunt folia subpinguia, longa, vulgaris dicta Saponariae amula, & Gentianae foliis in summitate erum-
pentibus similia. Flores, qui purpureo colore nitent, in summo circum caulem in orbem exeunt. Radix illi alba, longa, ama-
rissimo gustu, locis pluribus ab utroq; latere crucis instar perforata: unde illi Cruciatæ nomen indiderunt. Sunt etiam in
hoc genere duae aliae plantae: sed minor radicibus provenit numerosis, tenuibus, albicantibus, per quam amarum caulibus len-
tis, humi plerumq; accubantibus: floribus ex caeruleo purpurascens, cruciatæ majoribus: & praedictae radices recentio-
ribus magnis laudibus effertur contra pestilentiam, & venenosorum animalium ictus in antidotis addita. Ceterum ego
quidem illud experientia compertum habeo, quod radice trusa, & ventri emplastri modo imposita, vermes teretes qui in in-
testinis fuerint, proculdubio necantur: & ulcerata struma sanantur, si iis eodem modo contrusa, quae nuper effossa sit, vel
seca, & in pulverem contrita adhibeatur: cum melle autem illius, cutis vitia quaecunq; & maculas abstergit. In summa
non desunt, qui asserant, has ea omnia praestare posse, quae Gentiana, quod ex praedictis facile probari potest. Ananiensis rura
hoc genus ultimum vulgo vocant PETTIMBORSA. Ex quo quis conjiciat, si lubet, hanc illis indigenam, corrupta Italica
voce Metti in borsa, ideo Pettimborfa nominari, quod tot viribus commendetur, ut perinde ac gemma, crumenis asservari
mereatur: aut quod tantum viribus excellat, ut medici ea utentes ingentem argenti, & auri copiam crumenis sint repo-
situri. Nascitur in collibus, locis incultis, & in campestribus. *Tortia*, planta sic Graecis, Gentiana similiter Latinis voca-
tur: Mauritania, Gentiana. Gentiana basilica, seu Basateca: Italia, Gentiana. Germanis, Engianwur: Hispanis, Gen-
tiana: Gallis, Gentiane: Bohemis, Horec: Polonis, Gonyczka. Gentiana minor, Graecis, *Tortia* junq, sive *Taxopota*:
Italia, Gentiana minore: Officinis, Cruciatæ, Germanis, *Kreuzwur*, *Sperensich*, oder *Madelgeer*. Gentiana minima,
Italia, *Gentianella* & *Pettimborsa*: Germanis, *Lungenblum*.

Gentiana duplex est, alia radice perenni, alia fugaci: utraq; plures differentias obtinet. Illa licet singu-
lis annis flores seminaq; proferat, non tamen interit, sed subsequenti anno ex eadem radice germina pro-
trudit: haec vero semine disperso hyeme interit, & ex semine renascitur. Et si octodecim differentias no-
taverimus, hic tamen de quinque differentiis erit sermo. I. Gentiana major lutea, C. B. Gentiana, Brunf.
Cord. in Diosc. & hist. Fuch. Dod. gal. & fol. Gef. hor. Lac. Lon. Cæsal. Lugd. Gentiana major, Matth. Gef.
hor. app. Lob. Cast. Gentiana major flore luteo, Cam. Gentianæ prima species: Trago. Aloe gallica, Apu-
leio. Haec communiter flore est luteo: est & pallido punctis distincto: sic & caeruleo flore. II. Gentiana
major purpurea, C. B. Ex radice duos pedes longa, aliquando brachiali crassitudine, in summo divisa cau-
les, aliquando terni, quaterni, quini, & etiam seni prodeunt, quos cingunt folia vulgaribus æmula, sed a-
cuminatiora, flores gerit puniceos seu purpureos, rarius albos: in reliquis cum priori convenit, ut & loco
natali: vehementius tamen priore purgare creditur. Dicitur Gentiana punicea, Gef. in Fractio. Gentiana
major flore purpureo & prima, Clus. hist. Pann. Gentiana purpureis floribus, Lob. in obs. Gentiana major
alia,

Aquæ
Gentianæ
folias
Matthiol.
Cruciatæ
confidet.

Cruciatæ
vires Mat-
thiol.

Pettim-
borfa.
Metti in
borfa.

Nomina.

alia, Cam. ad Matth. III. Gentiana cruciata, C.B. & Gef. hor. Herba fullonum, Brunf. Cruciata, Trag. Fuch. (cui & Gentianæ species) Gef. hor. Dod. gal. (cui & Chiliodynamis) fol. Lac. Lon. Lug. Gentiana minor, Matth. Cast. Lob. Tab. Gentiana tertia, Clus. hist. Pann. Gentiana media, Cam. Cruciata Gentianella, Thal. Vincetoxicum alterum, Cæsalp. Variat hæc quod altera sit procumbens & minor: altera erecta & major: flores alterius magis cærulei: & illarum altera radicibus non perforatis, ita ut tres hujus differentias constituere liceat. Subjungit huic Matthiolus duas adhuc species: majorem & minorem, illam pingit, hanc verò describit, utraq; eodem tempore reperitur, major quidem in humidis pratis, at minor in ericetis & montosis locis. IV. Gentiana palustris, C.B. Gentiana minima, Matth. Cast. quoad descriptionem, non iconem. Calathiana viola in pratis udis, Dod. gal. Calathiana viola autumnalis prima, Gef. hor. Viola Calathiana secunda, Thal. Cruciata sive Gentiana minima, Lugd. Campanula pratensis eidem. Gentiana angustifolia vel quarta, Clus. hist. Pann. Pneumonanthe humentibus ericetis proveniens, Lob. Pneumonanthe, Tab. Hæc variat colore floris cæruleo, violaceo, purpureo. V. Gentiana angustifolia autumnalis, C.B. Gentiana minor, Matth. quoad descriptionem. Pneumonanthe, Cord. in hist. quoad descriptionem, Lob. Pulmonis flosculi, Gef. hort. Calathiana viola autumnalis minor, Gef. hort. Calathiana viola, Dod. in 8. Lug. Viola Calathiana sive autumnalis, Thal. Campanula autumnalis, Dodonæo fol. Gentiana angustifolia secunda, Clus. hist. Pann. Flore est cæruleo dilutiore: est & nigro, rarius albo.

Αριστολόχια.

ARISTOLOCHIA.

CAP. IV.

Aristolochia nomen ex eo sibi adoptavit, quod existimetur optimè puerperis opitulari. Tria ejus genera traduntur. Rotunda, quæ scemina vocatur, foliis hederaceis, præstanti odore cum acrimonia, mollibus, subrotundis, multis ab una radice germinibus, prælongisq; palmitibus: floribus candidis, pilei similitudine, in quibus quod rubrum est, graviter olet. Longa mascula appellatur, nonnullis dactylitis: longiora quàm rotunda folio: tenuibus ramulis, dodrantalibus: flore purpureo, graviter olente, qui marcescens in pyri similitudinem turbinatur. Radix rotundæ in orbem conglobata, rapi modo: longæ verò digiti crassitudinem, & dodrantis longitudinem implet, nonnunquam paulò majorem. ^a Ambæ colore intus buxæo, gustu amaro, & gravi. Est etiamnum tertia longa, quæ Clematidis vocatur, ramulos habens tenues, refertos foliis subrotundis, minori sempervivo similibus: flores rutæ: radices ^b longiores, tenues, crasso cortice, odoratoq; vestitas, privatim unguentorum spissamentis convenientes. Rotunda cæteris venenis resistit. Longa verò adversus angues, & venena, drachmæ pondere ex vino bibitur, & illinitur. ³⁰ Pota cum pipere, & myrrha menses, partus, & omnia vulvarum onera ejicit: eadem efficit subdita in pefso. Rotunda ad eadem pollet: insuper singultibus, suspiriis, horribus, lieni, convulsis, laterum doloribus, pota cum aqua, singulariter auxiliatur. Aculeos & spicula extrahit: ossium squamas illitu adimit: ulcera putrida exest, & sordida expurgat: cava cum iri, & melle explet: gingivas, & dentes extergit. Clematidis ad eadem polleere creditur: viribus tamen inferior est.

a Cat. & Meum
b in pefso
c in pefso
d in pefso
e in pefso
f in pefso
g in pefso
h in pefso
i in pefso
k in pefso
l in pefso
m in pefso
n in pefso
o in pefso
p in pefso
q in pefso
r in pefso
s in pefso
t in pefso
u in pefso
v in pefso
w in pefso
x in pefso
y in pefso
z in pefso

I. ARISTOLOCHIA LONGA.

II. * ARISTOLOCHIA
longa vera. *

Aristolochia, quam officinæ Aristologiam vocant, tria statuuntur genera, nempe rotunda, longa, & clematidis. Hæc rara admodum, & paucis nota: illa verò omnibus ferè rei herbariæ studiosis notissima. Quæ rotunda vocatur, etsi non ubiq; in Italia proveniat, tamen in Apulia monte Gargano & agro Gortisensi plurima, pulcherrimaq; nascitur præstanti odore. Longa

Longa vera provenit in Italia: sed tantum in Apulia & Calabria. Utraq; flores edit in toto serè caule, oblongos, & ex parvo capitulo in auriculæ modum desinentes, graveolentes, subluco colore, & interne quadantenus ex atro purpurascens, & quibus oriuntur fructus, qui in longa pyri imaginem referunt. suntq; juglandib. longè majores: in rotunda verò rotundiores, pauloq; minores spectantur. Qua in re non potui non maxime Plinium admirari, quod l. 25. c. 8. utramq; ferre bacculas parvas veluti cappares tradiderit, nisi quis illud dixerit quod Plinio contigerit Aristolochia utriusq; fructus vidisse, priusquam ad summum adolevisset. Sed certè is eodem in loco excusari, meo iudicio, non potest, quin manifestè hallucinatus, & Græci sermoni non admodum peritus deprehendatur, cum Aristolochia nomen dedisse gravidas tradat. Quandoquidem non ab utero gerentibus mulieribus, sed à puerperis Aristolochia (ut Dioscorides scribit) id nominis sibi comparavit. Cujus rei non modo indicium præbet nomen ipsum *ἄριστολόχια* quod nil aliud denotat, quam optima puerperis, non (ut Plinius inquit) gravidis: sed etiam ipsius facultas, quæ ad remorantes à partu secundas, mensesq; ciendos magnopere commendatur. Quapropter fuerit hæc prægnantibus proculdubio exitiale potius, quam salubre medicamentum, cum ea sanè omnia, quæ secundas, & menses educunt, serum etiam trahant, & quandoq; interficiant, præsertim cum fuerint amara Aristolochia modo. Nec minus præterea Leoniceum virum aliqui nostra ætatis doctissimum, satis admirari possum, quod dum nimio sortasse aliorum errata corrigendi studio, vel aviditate ductus, de cyclamino, & Aristolochia Plinium accusat, in eadem, in qua Plinius foveam ceciderit, asserens cum Plinio Aristolochiam à prægnantibus sibi nomen adinvenisse. Quod ne sine auctore pronunciaffe videretur, Dioscoridem quidem adducit, sed ejus historiam, quantum equidem sentio, corrumpit, ac pervertit. Sunt è recentioribus Cordus, Adamus Lonicerus, & monachi illi, qui in Mesuem commentaria edidit, qui sibi certò persuadent, eam esse Dioscoridi Aristolochiam clematitim, quæ officinæ omnibus passim longa cognominatur: arguendo, quod hæc radices præferat admodum longas: & sarmentorum modo prætenues. Quin & ut suam tueantur ac magis roborent sententiam, hoc in loco Dioscoridis codicem omnino depravatum esse contendunt: & ubi vulgata lectio habet, *ἄριστολόχια ἡ ἰσχυρὰ*, & *ἡ ἰσχυρὰ*, hoc est ad verbum, ramulos habentem, foliis subrotundis, sempervivo parvo similibus: non *ἡ ἰσχυρὰ*, sed *ἡ ἰσχυρὰ*, quod avaro parvo similia sint folia, legendum esse censent. Horum sanè sententiam nunquam probare potui, neq; probandam arbitror, pluribus cum rationibus, tum auctoritatibus adductis: quandoquidem Orbasii lectio aliter non habet, quàm communis hæc Dioscoridu, nec aliter legunt Serapio, & Avicenna. Id quod manifestè ostendit, hoc in loco Dioscoridi nullam subesse mendam. Adde, quod cum unum tantum Dioscoridi sit avarum, nec minoris avari is usquam, quod legatur, meminerit, absurdum sanè videretur, quod minori avaro Aristolochiam clematitim comparasset. Accedit & alia ratio, quod cum vulgaris Aristolochia longa rura flores non edat, & folia avari longè majora, clematidis esse non potest. Præterea si Dioscoridis sectionem accuratius perpendamus, nil aliud esse videtur longa officinarum, quàm longa Dioscoridis: aut fortasse ejus species, cujus nulla, quod extet, ab antiquis facta sit mentio. Quippe quod præferat hæc folia longiora latioraq; quàm rotunda: ramulos dodrantes: florem graviter olentem, qui fructum edat pyri modoturbatum. Nam quod fructum serat clematidis non scribit Dioscorides: nec folia longam, latamq; vulgaris habet Aristolochia, sed subrotunda & minori sempervivo similia. At si contra dixerit quispiam, longam vulgarem Dioscoridis longam non esse quoniam stolis illi purpureis non sit, sed melinæ. & radix non palmaris, nec digiti crassitudine, sed longior admodum, & longè tenuior. Huic facile responderi poterit, id locorum regionumq; varietate evenire posse, & quod natura cum florum coloribus in quamplurimis ludat: quodq; vidimus etiam nos Aristolochia longam plantam à Calabria allatam radice (ut in theriacis scribit Nicander) cubiti longitudine, pollicari crassitudine: cui folia erant, quæ à nostrate longa nullo discrimine differebant. At hæc Clamatidis radix Dioscoridi, & Plinio crasso contigitur

Plinii & Leonice-
ni lapsus.

Leonice-
nus argu-
itur circa
nomen
Aristol.
Opinio
quorun-
dam re-
probata.

III. ARISTOLOCHIA longa.

* IV. ARISTO. PISTO- lochia. *



sf 3

cortice:

cortice: quod tamen in longa officinarum, nostratēq, non visitur, cum tenui cortice perpetuo vestiatur, odore potius gravi, quam odorato. Quamobrem inclinare nunquam potuit animus, ut crederem, Aristolochiam longam, cuius hic effigiem appinximus, esse clematitim. Sed potius eo deductus sum, ut suspicaretur hanc fortasse esse Pistolochiam sic Plinio vocatam, quod & ipsa puerperis commendatur. Nam praterquam quod hac illi quarto Aristolochia generi assignetur, tenuior est, quam clematitis, densis radice capillamentis, junci plenioris crassitudine. Illud mihi suspensionem auxit, quod viderim etiam prater hanc aliam, quae radice palmari, & crassitudine digitali constabat: sed in omnibus aliis partibus alteri adeo perfimilis, ut nullam inter eas intercedere differentiam compererim. Sunt praterea recentiorum quidam rei herbaria & studiosi, & Alia opinio refutata, periti, quib, persuasum est, non tamen sine aliqua ratione, quod Aristolochia longa prater clematitim duo habeantur genera: quarum altera sit radice (ut Dioscorides inquit) digitali crassitudine, & dodrantis longitudine: altera vero tenui ac longiore, quae (ut ajunt) ab Andromacho & Gal. lib. 1. de antidotis ἀργολοχία λεγέται hoc est Aristolochia tenuis appellatur: 10 quin & hanc affirmant eam longam esse, cuius hic imaginem exhibuimus, cuiusq, passim est usus. Quo fit, ut pro certo existiment hanc esse eam Aristolochiam, quae in Andromachi theriacam addi debeat, Andromachi junioris, & Damocratis testimonio innixi, quod in theriaces compositione hujusce tenuis tantum meminerint. Id quod (ut dicunt) pra se ferre videtur, alterum etiamnum ipsius Aristolochia longa genus esse prater clematitim, radice constans tenuiore ac longiore. Hoc autem comprobatum fuisse putant a Galeno lib. ante citato, ubi docens quomodo nonnulla, quae ab Andromacho seniori obscurè tradita sunt, explicari debeant, ita scribit: Si quid adhuc aliud superest, quod minus dilucidè sit ab Andromacho seniori elegiacis versibus dictum, planum fiet theriacam legentibus ab ejus folio soluta oratione descriptam. Quod enim ille Cecropium mel obscurius appellat, id Atticum aperte nominat. Centaurium ille nulla adhibita distinctione in carmine pronunciat, hic verò in prosa tenue apponit, eò quod aliud quoq, centaurium extet crassum appellatum. Idem & in Aristolochia fecit, cum prater tenuem Aristolochiam, alia quoq, reperitur, quae crassam radicem habeat, & rursus tertia, quae 20 tunc dandam: haecenus Galenus. Quibus nimirum verbis illi credunt suam satis firmasse sententiam. Sed ego quidem aliter sentio, ut qui putem, Aristolochiam tenuem non aliud Andromacho & Galeno fuisse quam clematitim cognominatam. Et enim ut omittam, quod Dioscorides & Galenus non plura, quantum invenerim, quam tria Aristolochia genera commemorant, nempe rotundam, longam, & clematitim: clematitis privatim a Dioscoride Aristolochia longa subscribitur, & quodammodo ejus species constituitur, ramulis tenuibus, radicibus etiam tenuibus ac longioribus. Ut hinc facile nobis liceat conjicere, Andromachum & Galenum non aliud supradicto loco per tenuem Aristolochiam intellexisse, quam clematitim. Adde quod si ad omnium qualitates, & facultates spectes, sanè clematitis dignior est, quae in theriacam recipiatur. Haec enim radicem habet Dioscoride teste cortice odorato vestitam, unguentorum spissamentis convenientem. Plinius deinde 25 l. 25. c. 8. clematitim ceteris praetulit in verbis: Tertium longissimam tenuitatis, vitis novella, cui sit praecipua vis, quae clematitis vocatur, ab aliis Cretica. Et paulo post idem ait: Odor omnium medicatus sed oblonga radice tenuioriq, gravior: haec ille. Quibus utiq, ad stipulari videtur etiam Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, ubi de Aristolochiarum viribus differuit, ut infra patebit in earum commentatione. Quare non est, meo quidem iudicio, asserendum, quod aristolochia 30 λεγέται Andromacho & Galeno sit aliquod quartum Aristolochia genus ita vocatum: quandoquidem λεγέται hic nullum facit per se genus: neq, solum tenuem indicat, sed etiam minorem: atq, certe in longarum genere hujusmodi est clematitis. Caterum si Aristolochia Graecis λεγέται nominata, esset aliud genus per se, necessario statuendum foret esse tertium quoq, centaurii genus prater magnum & minus, quod peculiariter Graecis λεγέται vocatur. Sed hoc dupliciter falsum esse convincitur. Primo quod apud Dioscoridem, Galenum aliosq, antiquiores, qui de plantarum historia ac viribus scripserunt, nusquam plura, quod equidem legerim, quam duo centaurii genera scripta reperiantur, scilicet majus & minus. Secundo quod 40 constet, Plinio lib. 25. cap. 6. centaurium cognomine leptum nullum per se genus esse, sed ea appellatione illud tantum centaurium describi, quod a Dioscoride & Galeno minus appellatur: quinetiam idem de hujus centaurii viribus ea omnia tradidit, quae illi centaurio minori reddiderunt. Sed quid tot verbis opus erat, quibus nostram tueremur, & aliorum refellere sententiam? cum huic difficultati satis se se facere possint verba ipsius Dioscoridis, quib, Aristolochia clematidis radices expresse in hunc modum: πῆλιν μακροτέρας (μακροτέρας, quod est longissimas legit Oribasius) λεγέται, id est, radices longiores, tenues. Ut vel ex his intelligi possit, haud absurdum esse, quod aliquis Aristolochiam clematitim etiam tenuem nominet, quemadmodum ab Andromacho seniori, & juniori vocatam fuisse existimamus. Ex his itaq, omnibus colligendum esse arbitror, quod Aristolochia tenuis dicta ab Andromacho, non sit genus distinctum ab aliis, sed eadem cum clematide & quod sub Aristolochiae tenuis nomine clematitim intellexerint Andromacho & Gal. Erit igitur mea quidem sententia, Aristolochia clematitis, ut pote tenuior, odoratior, & praestantior, in theriaca comp. addenda: non autem illa longa, quam hic depictam dedimus. Quae tamen a nobis, forte rectius, Plinii Pistolochia censetur, ut supra dictum est: aut certe aliud Aristolochia 50 genus veteribus incognitum. Veruntamen Fuchsi, suis de plant. hist. commentariis, aliam plantam Pistolochiam putat: quae tamen (ejus pace dixerim) à Plinii pistolochia prorsus abhorret. Est enim Pistolochia Fuchsi mollis in universum planta, quae vere primo una cum Chelidonio exoritur, & Majo, vel ad summum Junio contabescit. Crescit haec tenellis, subalbiduq, foliis coriandro, vel ranunculo primi generis proximis: radice tuberosa, inferiori parte sessili, superiori verò monticuli instar elata, intus ubiq, concava, nigro exteriori cortice, buxæ interiori pulpa, odore Aristolochiae, & gustu amara. Quapropter Germanis haec, quod vera Aristolochia rotunda sint destituti, ejus vicem infelicitè explet. Non tamen ob id censendum est hanc esse pistolochiam, quae à Plinio describitur. Siquidem haec illi tuberosa, & inani radice non constat: sed clematide tenuior est, densis (ut dictum est) radicis capillamentis, junci plenioris crassitudine. Sed rectius, veriusq, quantum equidem sentio, dici posset, hanc plantam esse Plinio fumaris alterum genus, quod ab eo l. 25. c. 13. in depingitur verbis: Alia est Capnos fruticosa, praeterea, foliis coriandri, cineracei coloris, flore purpureo: nascitur in hortis, & segetibus. De hac etiam Aetium locutum fuisse existimaverim l. 10. c. 11. in curatione obstructi jecinoris, ubi Chelidonii Capni meminit, eo quod (ut diximus) 60 una cum chelidonio primum erumpat hirundinum adventu, ut l. 4. latius differemus, ubi consulto fumaris historia tractabitur. Porro quod hujus plantae radix Aristolochiae vicem supplere possit, atq, in hujus penuria illa uti liceat, adnotatum reliquit Fuch. in l. de compon. medic. quem nuper locupletatum edidit, in theriaca diatessaron. Attamen si Gal. sequi volumus, pro Aristolochia rotunda longam substituemus, Aristolochiae genera memoria prodidit Gal. l. 6. simp. med. ubi eorum vires explicavit in verbis: Aristolochia radix ad medicationes utilissima est amara & subacris. Sed ex illis omnium subtilissima est rotunda, ad omnia efficacior. Aliarum verò duarum, quae Clematitis appellatur, fragrantior est. Itaq, ea ad unguenta utuntur unguentariis: sed ad sanationes infirmior. At longa minus quidem tenuitatis obtrinet, quam rotunda, sed nec ipsa inefficax est: verum abstergerendi, atq, excalfaciendi potentiam possidet, minus quidem quam rotunda abstergit, sed non minus calfacit, imò forsitan plus quoq, itaq, in quibus usus est modica absterfionis, commodior est longa, puta in carnum exulceratione.

Pistolochia.

Alia opinio refutata.

Aristolochia triplex Gal. Aristolochia tenuis est clematitis.

Aristolochia tenuis Galeni quartum genus non est.

Fuch. opinio rejecta in Pistolochia.

Fumaris altera Plinii.

Aristolochiae vires ex Gal.

verationibus & somentationibus uteri. At in quibus crassum humorem validius extenuare oportet, illic usus est rotunda.
 Proinde dolores ab infarctu, aut crassitie crudorum flatuum natos magis curat rotunda, & spicula extrahit, & putredines
 sanat, & sordida ulcera expurgat, ac dentes, gingivaq; candidas efficit. Auxilio est & asthmaticis singultientibus, comitia-
 libus podagricis, si cum aqua bibatur: tum rupis, & convulsis, ut si quod aliud medicamentum, idonea est: hactenus Gal.
 Aristolochia vim purgatoriam inesse (quod tamen silentio praterierunt Diosc. & Gal.) author est Mesues, qui ita scribit: Vires ex
 Aristolochia radix pituitosos per inferna ducit humores, atq; etiam, nonnulli asserunt, biliosos. Pulmonem, ac pectoris
 particulas ab humorum lentore, ac putredine efficaciter mundat: cuius rei indicium est, quod asthmaticis maximum adse-
 paramentum. Qua Græce ἀριστολόχεια: Aristolochia quoq; Latine dicitur: Arabicè, Zeraund, Masmoera, seu Zeraued: Nomina
 Italicè, Aristologia: Germanicè, Oesterlucy: Hispanicè, Astronomia: Gallicè, Fortelle, aut de la Sara sine: Bohemicè, Po-
 derac: Polonicè, Kobornak d' uoi. Aristolochia longa, Græcis ἀριστολόχια ἡ μεγάλη: Italicè, Aristologia longa.

10 Aristolochiam à muliere inventâ scripsisse Arist. Nicandri scholiaſtes tradit, ſiquidem partus dolorib.
opituletur. Hæc rotunda eſt, longa, clematidis, & piſtolochia. I. Aristolochia rotunda flore ex purpureo
nigro. C.B. Aristolochia rotunda, Matt. Dod. gal. (cui & fœmina) & fol. Cord. in Dioſc. Gef. hor. Lob. Caſt.
Cluſ. hiſt. Hiſp. Lugd. Aristol. rotunda vera, Trag. Lon. Cam. Aristol. prima, Cæſ. Aristol. fœmina ſive ro-
tunda, Lugd. Hæc flore eſt ex purpureo nigro: habetur & altera flore ex albo purpureaſcente, ſed foliis &
fructu à priori differens, cujus plures ſpecies inveniri auctor eſt Anguillara opin. duodecima. II. Aristol.
longa vera, C.B. & Cam. Aristol. longa, Matth. quoad deſcriptionem, non iconem. Gef. hor. Dod. gal. &
fol. Cord. in Dioſc. Adver. Lob. Cluſ. hiſt. Hiſp. Cam. in Matth. Lugd. Aristol. altera radice pollicis craſſi-
tudine, Cæſ. hujus duas ſpecies Cluſ. hiſt. Hiſp. propoſuit. III. Aristol. clematidis prima, C.B. & Cluſ.
hiſt. Hiſp. Aristol. Brunf. Aristol. longa, Trag. Matth. quoad icon. Fuch. Lon. Caſt. (cui & mas & dactylis-
20 tes) Lug. offic. Aristol. longa vulgaris vel major, Cam. in Matth. Aristol. longa altera, quæ clematidis ve-
teribus. Cord. in Dioſc. Aristol. clematidis, Dod. gal. Gef. hor. Lob. Tab. Aristol. Saracenicæ, Dod. fol. Lug.
Aristol. altera radice tenui, Cæſ. Hæc ex radice longiuſcula, mediocris craſſitudinis, flava buxei coloris,
odorata, amara, ſerpente & multipliciter ſeſe propagante, caules emittit cubitales & altiorem, & non-
nunquam rectè aſurgentes, circa quos folia ampla, venoſa, hederæ aut aſari forma, longioribus pediculis
quàm in reliquis ſpeciebus donata: flores ſunt oblongi concavi, una parte prominentes, ſublutei, quibus
ſuccedunt fructus turbinati pyrorum inſtar, qui ſemina triangularia lata membranis interſepta conti-
nent. Paſſim in Germania, ut in vineis Alſatiæ, Belgio, nec non & in Italia & alibi reperitur: in hortos ſe-
mel translata, vix extirpari poteſt, cum ex quantulacunq; radicula parte germen emittat. Inſigniter
30 amara & calida non minus quàm longa, cujus ſuccedaneum abſq; errore eſſe poteſt: & potentia reliquis
ſimilis. Hæc quoq; duplex monente Cluſ. aliisque. IV. Aristol. piſtolochia dicta, C.B. Hæc ex radicibus
copioſis tenuibus, junci plenioris craſſitudine, buxei coloris tam in obliquum quàm rectum ſparſis, cau-
liculos emittit pedales, anguloſos, ſtriatos, ramoſos, quib. folia lata hederacea nigra, rugoſa, & aliquan-
tulum in ambitu ſinuoſa, partim nullis, partim breviffimis petiolis annectuntur: ſlos rotundæ ſimilis, mi-
nor tamen & nigrior, interdum ex herbido luteus: fructus ſuccedunt rotundis ſimiles, ac minores, qui
dum maturuere ea parte qua pediculo adhærent, dehifcunt, quibus ſemen fuſcum incluſum. Provenit
ſponte in Narbonenſis Galliæ olivetis, & petroſis Hiſpaniæ. Excalfacit & ſiccit, minus tamen intenſe.
Plinius commendat in convulſis, contuſis ex alto præcipitatis, ſi radix ex aqua bibatur. Semen etiam in
pleuriticis commendatur. Dicitur Plinio Piſtolochia, quàm ~~non diffiſſimè~~ à numeroſis radicis capillamentis
40 cognominari lib. 25. c. 8. ſcribit. Piſtoloc. Dod. gal. & fol. Gef. hor. Cluſ. hiſt. Hiſp. Cam. ad Matth. Lugd.
Caſt. Aristolochia Polyrhizon, Adver. Lob. Aristol. altera quæ plures ſpargit radices. Cæſ.

DULCIS RADIX.

CAP. V.

Dulcis radix plurima gignitur in Cappadocia, & Ponto. Fruticosa est ramis binum cubitorum altitudine assurgentibus: foliis lentisci, densis, pinguibus, tactuq; gummosis: flore hyacinthi: fructu pilularum platani magnitudinis, asperiore, qui siliquas lentium modo habet & rufas, & parvas: radicibus longis, ut gentianæ, b coloris buxei, subacerbis, & dulcibus: quæ densantur in succum, lycii exemplo. Is in arteriæ scabritia efficax habetur: verum oportet, ut linguæ subditus eliquescat: & astuanti stomacho, thoraci, ac jecinori convenit: sanat vesicæ scabiem, & renum dolores, cum passo potus: idem eliquatus sitim sedat: vulneribus illitus accommodatur: commanducatus stomacho prodest. Recentis 50 radicis decoctum ad eadem convenit. Ejusdem farina pterygiis commodissime inspargitur.

Dulcis radix quam Græci Glycyrrhizam, & officina Græcum nomen corrumpentes, vel potius Barbaros secuta, Liquiritiam vocant, & Hetrusci vulgo Regolitia, planta est paucis non cognita. Sed revera duum est generum. Namq; altera frugifera est, altera sterilis. Abundat hac Apulia, præsertim Gargano monte, unde quotannis succum in pastillos condensatus ad nos convehitur: & radicum quam plurimum. Visitur etiamnum in viridariis pluribus locis in Italia, non modo ad spectaculum satis: sed & ad medicamentorum usum. Siquidem radix recentior effossa, sicca longè magis prostat & oritur in medicamentis habetur. Caterum frugifera, quam hic describit Dioscorides, copiosa in Germania nascitur in Bambergico agro, non longè à Norimberga, ac etiam (ut audio) nonnullis aliis quibusdam locis. Hæc itaq; fructum profert (ut Dioscorides inquit) pilularum platani magnitudine, & quandoq; majorem, asperioresq;, hirsutum, valvulis lentium modo pusillis ubiq; stipatum ipsiq; hirsutis, & tenuibus obductis aculeis, colore in atrum flavescente. Hanc primum ad me 60 misit Joannes Heissus, Medicus Norimbergensis, vir quidem rei plantariæ haud imperitus: nam antea nusquam à me visa est. Sed non possum non valde admirari Plinium, quod Glycyrrhizam inter aculeatas numeraverit plantam lib. 22. c. 9. sic inquit: Glycyrrhiza sine dubio inter aculeatas est, foliis echinatis, pinguibus, tactuq; gummosis. Et lib. 21. cap. 15. dum catalogo quodam aculeatas commemorat stirpes: Spinosarum, inquit, multa species. In totum spinosa est asparagus, scorpio, nullum enim folium habet. Quadam spinosa foliata, ut carduus, eryngion, glycyrrhiza, & urtica. Iis enim omnibus foliis inest aculeata mordacitas: hac ille. Quo fit, ut sine controversia dici possit, Plin. Glycyrrhizam minimè novisse, cum certè nusquam gentium, quod equidem sciam, aculeatis foliis proveniat, sed (ut Diosc. scribit) lentisci amulis, densis, pinguibus, tactuq; gummosis. Cujus erroris causa illud facile esse potuit, quod sui potius Græci codicis fidem secutus fuerit, quam rei veritatem, in quo fortasse facili, lubricoq; liberiorum non advertentium lapsu ex ὄχιω pro ὄχιω, scriptum legebatur, vel quod Græca lingua non exactè peritis vocabulorum, vocumq; similitudine deceptus (ut alibi quandoq; demonstravimus) Plinius in hoc

a Meum
 πρῶτον ἡ
 ἡγεῖα· ful-
 va, vīlogas
 ē Ca. πρῶ-
 τος. 1. c.
 fulvo co-
 lore.
 c Meum
 add. μετὸν
 3. ηγεῖα
 4. 2. c.
 medium
 autem in-
 ter calidi-
 tatem.
 Dulcis ra-
 dicis con-
 sideratio.

Plinii la-
pſus acu-
leatam di-
cētis Gly-
cyrrhizā,

I. GLYCYRRHIZA.

II. GLYCYRRHIZA ALTERA.



Scythica
Theoph.
Glycyrrhiza
virescens
Matt.

Glycyrrhiza
virescens
ex Galeno.

Nomina.

in hoc erraverit. Nam huiusmodi opinio adeo firmiter veritati cohaeret, ut facile in quocumque deprehendi possint a veritate defecere. qui credunt Glycyrrhizam olim spinis fuisse praeditam, sed mangonio longi cultus edomito rigore spinarum aculeos amisisse. Et tandem mitigatam esse: cum ea etiam, quae hoc a se sponte per se nascitur, nullibi aculearum spectetur. Dulcis hac radix à Theoph. l. 11. c. 13. Scythica appellatur, eo quod Scythae hac contenti absque alio aliment. praesidio decem duodecimque dies degant. Nam (ut idem testatur) circa Meotim paludem plurima nascitur. Abstergit, mundat, levigat mulcetque, dulcis radix humorum acrimoniam: quare ardoribus urinae mirifice auxiliatur. Mansa radix, & praesertim quae recentior fuerit effossa, non solum sitim, sed etiam famem sedat, servatque vires diebus pluribus, idem facit concretus succus, in ore retentus, quousque eliquescat. Pectus & pulmones juvat, ideoque datur utiliter suspiriosis, phthisicis, tussientibus, & pleuriticis. Glycyrrhiza meminit Gal. lib. 6. simpl. med. sic inquit: Huius fruticis radicem succus in primis utilis est, similiter ut ejus radices dulcis, cum levi quadam adstrictione. Proinde asperitates lenire potest, nec modo in arteria, verum etiam vesica scabra, idque temperatur a mediocritate. Quocirca fuerit sane natura ejus familiaris nostrae temperatae: nam tale monstratum est esse id quod dulce est. Sed cum adstrictio quadam adjuncta sit, universum ejus temperamentum, quantum ex caliditate, & adstrictione est, repida potissimum caliditatis fuerit quam proximè accedens ad symmetrum, sive temperatum est, nimirum modicè humidum simul & humana natura frigidius. Refert Diosc. radicem siccam ad levorem redactam, pterygiorum illitu idoneum esse remedium. Galenus ipsa sic Græci dicta Latine Glycyrrhiza, & dulcis radix appellatur: Arabibus, Sus: Italis, Regolitia: Germanis, Eckeritz, sive Eucpholis: Hispanis, Regaliza: Gallis, Reclisse, seu Regalisse: Bohemis, Lekorice: Polonis, Lachriicya.

Glycyrrhiza duplex habetur & quidem utraq; fructifera, altera quidem fructu aspero, ex plurimis siliquis conglobatis, ut auctor est Diosc. quæ Italica est: altera siliquosa quæ vulgarior est. I. Glycyrrhiza siliquis echinatis, C.B. Dulcis radix, Matth. in compen. Glycyrrhiza, Matth. in magnis figuris. Lac. Cæf. Glycyrrhiza cum fructu, Matth. edit. penul. Glycyrrhiza vera Diosc. Dod. gal. & fol. Glycyrrhiza Italica, Gef. hor. Glycyrrhiza echinata Diosc. Lob. Lug. (qui duas habet figuras, alteram subrotundis, alteram oblongis foliis) Tab. II. Glycyrrhiza siliquosa, C.B. & Lob. Liquiricia, Brunf. Dulcis radix, Trag. Gef. hor. Glycyrrhiza, Brunf. in 4. Fuch. Cord. in Dio. & hist. Gef. hor. Lon. Glycyrrhiza Germ. Dod. gal. Glycyrrhiza vulgaris, Dod. fol. Cam. in Matth. Glycyrrhiza laevis, Lac. Glycyrrhiza altera, Matth. edit. pen. Glycyrrhiza non echinata, Lugd. Glycyrrhiza nostras, Cam. cujus cum non detur à Mat. descriptio, talis esto: Hæc suffruticem æmulatur, & ex radicibus samentosis prælongis, tenuibus, foris nigricantibus intus buxei coloris, sub terra latè per transversum, & obliquum repentibus, dulci succo præditis, virgæ exsurgunt bicubitales & altiores, lignosæ, teneriores tamen quam in præcedenti, rotundæ, striatæ, circa 60 quas folia oblonga alata, ex multis sibi invicem oppositis collecta, glutinosa, majora & virentia quam in priore: flores in summitate velut in spicam, ut in Vicia, digesti, exigui, purpurascens: quibus succedunt siliquæ non in orbiculum collectæ, nec asperæ aut hirsutæ, sed singulæ singulis pediculis adhærentes, aliquanto spacio à se invicem distantes, leves & Lentium siliquis similes, quibus semina parva inclusa. Hæc cum rarius floreat, idcirco sterilis quibusdam, sed malè censetur. Copiosa hæc in agro Bambergensis, in hortis etiam Germaniæ & Belgii colitur. Temperatè calida & humida est, magis tamen recens, quam arida humectat: cortex cum amarus sit, idcirco abraditur. Quæ Diosc. & Gal. suæ tribuunt, hæc etiam præstat & efficacius. Ad omnes thoracis morbos utilis est, leniendo, maturando, expectorando: in universum omnibus malis ac acerbis, salsis, & mordacibus humoribus enatis, occurrit.

RUTAVIUS

Κενταύριον μέγαν.

CENTAURIUM MAGNUM.

CAP. VI.

Centaurium magnum folia habet juglandis, oblonga, viridi brassicarum colore, serrata in ambitu: caulem, ceu rumicis, binum, aut ternum cubitorum, multis ab radice adnatis, in quibus capita, ceu papaverum, in rotunditate oblonga. Flos caeruleus: semen cnico simile, ceu laneis quibusdam involutum. Radix crassa, gravis, solida, tripedalis, succo pragnans, cum adstrictione aliqua, & dulcedine acris, & rubescens. ^a Amat solum pingue, & apricum, ac sylvas, & colles. Copiosissima est in Lycia, & Peloponneso, in Arcadia, Helide, & Messenia, pluribusque locis circa Pholoen, Lyciam, & Smyrnam. Radix convenit ruptis, convulsis, pleuriticis, spirandi difficultati, veteri tussi: sanguinem expuentibus, drachmis duabus trita datur, si febris sit, in aqua, caeteris in vino: item ad tormina, & vulvae dolores. Ramen-
ta ejus in collyrii formam vulvae subdita, menses, atq; partus extrahunt. Succus eadem praestat. Vulne-
ribus prodest: nam recens tusa, aut arida ante madefacta, ea glutinat, & conjungit. Carnes coalescunt, si
tusa simul decoquatur. In Lycia succum exprimunt, quo pro lycio utuntur.

^a Addie
Ca. magnum
est in Lycia
& Pelopon-
neso. i. s. s.
militer
autem &
lucius ru-
bens. Et
idem ha-
bet Meū.

CENTAURIUM MAGNUM.



Centaurium magnum (ut in Rhapontico superius diximus) nil aliud, mea quidem sententia est, quam illa insignis admodum radix, quam praterita super atas Rhaponticum esse credidit: quamq; etiam hoc tempore eodem nomine quidam appellant, qui cum imperitis superioris aetatis errare malunt, quam cum peritis recentioribus vera cognoscere simpl. med. Ceterum contendat licet Musa Ferrariensis medicus clarissimus, radicem, qua Rhapontici loco ple-
rung, officina utuntur, Centaurii magni radicem non esse. is
tamen hac in re decipi (pace ejus dixerim) manifeste depre-
benditur, cum ea radix, qua vulgaribus Rhapontici vicem
explet, omnibus sane notis Centaurium magnum repraesentet. Quippe quod crassa sit, gravis, compacta, tripedalis, & ru-
beo succo pragnans, qui gustui non modo quadamtenus sit ac-
cris, sed etiam cum aliqua adstrictione dulcis, quinetiam (ut
nos quoq; observavimus) striata, & funiculi modo contorta,
Adde quod & folia, caulis, capitula, flores, & semina illi prorsus
sint eadem, quibus constare Centaurium magnum Diosc.
& Gal. memoria prodidere. Ea, qua hodie ad nos convehitur,
Gargano praclarissimo Apulia monte numerosa nascitur:
quin & in aliis Italiae locis, nempe in Veronensi agro, Baldo
monte, quem Benaci alluit unda, sed infirma radice, si ad A-
puliam compares. Non desunt praterea hac tempestate rei
herbariae ignari nebulones, qui bonis quibusdam seplasiarum
persuadere conentur, eam plantam esse Centaurium ma-
gnum, qua in aquosis provenit, caule quadrato, bicubitali:
foliis salicis modo longis: flore rubenti, spicato, quam quidam
pro Lysimachia accipiunt. Neg, alio, quod sciam, argumento
nituntur, quam quod hac planta flore sit rubro, & caule qua-
drangulari: quemadmodum & Centaurium minus. Sed
quantum isti hallucinantur, quantaq; in erroris caligine ver-
sentur, si quidem judicent, qui in stirpium historia multum
studii, & temporis consumpserunt. Porro utriusq; Centaurii

Centau-
rii magni
consider.

Brasavoli
lapius
Rhapon-
ticum of-
ficin. Cē-
taurium
magnum
esse ne-
ter.

Quorum-
dam bal-
berbaria
ignari ne-
bulones,
qui bonis
quibusdam
seplasiarum
persuadere
conentur,
eam plantam
esse Centaurium
magnum,
qua in aquosis
provenit,
caule quadrato,
bicubitali:
foliis salicis
modo longis:
flore rubenti,
spicato, quam
quidam pro
Lysimachia
accipiunt. Neg,
alio, quod sciam,
argumento
nituntur, quam
quod hac planta
flore sit rubro,
& caule qua-
drangulari:
quemadmodum
& Centaurium
minus. Sed
quantum isti
hallucinantur,
quantaq; in
erroris caligine
versentur, si
quidem judicent,
qui in stirpium
historia multum
studii, & temporis
consumpserunt.

Arabum
lapius dū
utrunque
Centau-
rium con-
fundunt.

Plinii er-
ror.

Centau-
rii magni
vires Mac-
thiol.
Centau-
rii magni
vires ex
Galen.

uno tantum capite mentionem facit Mesues: sed adeo alterum cum altero miscet, ac confundit, ut mirandum non sit, si
a nonnullis etatis nostrae diligentissimis rei herbariae inquisitoribus acriter fuerit accusatus, et si novus quidam Mesui ipsius
commentator frivolis satis argumentis, horum doctissimorum virorum censuris refragari nitatur, in tam aperto illius erro-
re. Quin etiam Avicenna, qui cum illo pariter errat, & cum utrisq; Serapio. Siquidem is scripsit ex auctoritate Aben Me-
suai, Centaurii magni radicem lentam trahere pituitam simul & bilem, & coxendicum doloribus opitulari: qua tamen
facultates Centaurii majoris non sunt, sed minoris ut sequenti capite explicabimus. Ceterum neq; Plinius ab errore vindicari
potest, qui tamen si in Centaurii magni historia lib. 25. cap. 6. in omnibus ferè Dioscoridi subscribat, in facultatibus ta-
men errasse videtur, quod Centaurio majori amaritudinem cum quadam dulcedine tribuerit: cum amaritudo non in ma-
jori, sed in minori tantum deprehendatur. Datur Centaurii magni radix utiliter Hydropicis, Ictericis, & Fecinorosis, tum
vino macerata, tum in pulverem pota. Radicis recentis succus uncia pondere haustus, ac etiam vulnere illitus, auxiliatur à
serpente demorsis. Centaurii magni meminit Galenus libro 7. simpl. medic. de ejus viribus iis disferens verbis: Centaurii
magni radix sicut gustu contrarias qualitates, ita in usu contrarios effectus demonstrat. Gustu itaq; acris simul adstrin-
gens, & saetum mortuum evellens, vinumq; corrumpens, atq; ejiciens. Adstrictio verò, opera crasse, terrenaq; frigi-
ditatis, cum vulnera glutinet, & sanguinem rejicientibus prodest. Exhibentur autem ejus drachma dua, febrientibus qui-
dem cum aqua, febri verò liberis cum vino. Porro secundam omnium simul qualitatum actionem, ruptis, convulsis, dy-
spnoeae, sive spirandi difficultati, tum inveteratae tussi convenit. Nec enim in talibus evacuare solum quod prater naturam
est, oportet, sed partem quoq; evacuatam roborare, ac confirmare. Vacuationi itaq; accommoda est acrimonia, utique
cum non sola sit, ac pura, sed aut dulcedine juncta, aut certè non prorsum amaritudini: siquidem vehementiam tunc,
atque violentiam, mista illi temperata quadam substantia, cujusmodi est dulcis, non obtinebit. Porro ad ea, qua eva-
cuata sunt, roboranda, contrahendaq; adstrictione est opus. Eadem quae radix, & succus ipsius efficit: utunturq; eo me-
dicamen-

Nomina. dicamento quidam vice lycii. Græci *νεφροειδής* id vocant, quod Latini Centaurium magnum: Mauritani, Chanturion kibir, Sacurion habre, seu Canthuriū: Itali, Centaurea maggiore: Germani, non sine errore, Neupontick: ut etiam Hispani, Ruipontico: & Galli, Rhepontico.

Centaureum duplex est: majus & minus: Majus, de quo nunc, triplex, vel est folio in plures partes diviso rigidoq; flore ex caeruleo purpurascente: vel laciniato nec rigido, luteoq; flore: vel deniq; folio non dissecto, floreq; caeruleo. 1. Centaureum majus folio in plures partes diviso, quod communiter officinis est Rhaponticum, C.B. Rhapontica quæ hodie, Centaurea major censetur, Trag. Cent. magnum, Matth. Dod. gal. & fol. Cast. Cent. majus, Cor. in Diof. & hist. Lac. Lon. Lob. Lug. Tab. Cam. cui & Rhaponticum vulgare, Centaureum vulgare majus, Clus. hist. Hisp. Cent. majus alterum, Gef. hor. Cent. major, Cæfal.

Καταύγειαν μικρόν.

CENTAURIUM MINUS.

CAP. VII.

Conclusio
non legit
Meum.

a Meum
& r. d.
quintum
di r. mo.
p. r. d.
cocta ve-
ro & pota

b Ca. non
habet cō-
clusa. Me-
um autē
habet ran-
tūm ὁμο-
φώνη.

CEntaurium minus, limnesion aliqui vocare, [quoniam rigus amet loca.] Herba origano, aut hyperico similis, caule anguloso, palmam excedente: flore lychnidis, è puniceo in purpuram vergente, foliis rutæ, prælongis, & parvis: fructu tritico simili: radice pusilla, lævi, & supervacua, quæ gustanti amaritudinem adfert. Herba recens tusa suo illitu vulnera conglutinat: vetera ulcera purgat, & cicatrice obducit. Bilem, crassosq; humores per alvum exigit, & si decocta devoretur. Jus decocti ischiadicis convenientissimè infunditur: trahit enim sanguinem, & dolorem levat. Succus oculorum medicamentis perquam utilis: siquidem cum melle caliginem oculorum expurgat: in vellere appositus, menses & partus extrahit: epotus peculiariter nervorum vitii succurrit. Succus extrahendi ratio. Legitur herba semine prægnans, & diebus quinque madefacta, decoquitur, donec superemineat aquæ: mox ubi refluxit, linteolo exprimitur, & ejecta herba, iterum decoquitur, usq; dum mellis crassitudinem habeat. Nonnulli eam recentem, gravidamq; contudent, atq; succum fictili non picato exprimunt, & in sole, lignea rude assidue moventes, inspissant, quod si quid concretum faucibus vasis adhærescat, deradunt, reliquoq; humori permiscunt, noctu diligenter operiunt: namq; ros nocturnus liquores coalescere non sinit: Quæ autem siccis radicibus aut herbis, liquamenta exprimuntur, decocta (ut in gentianæ mentione retulimus) præparantur. Sed quæ ex corticibus humidis, aut contusis herbis factitantur, in sole, uti ante dictum est, coguntur. Sic è thapsia, sic è mandragora, reliquisq; similibus succus: b [sic ex acerbis uvis melligo elicitur.] Lycium tamen, & absinthium, hypocistis, & consimilia decocta, eo quo diximus modo, coguntur.

I. CENTAURIUM MINUS.

*II. CENTAURIUM MINUS

spicatum. *



Cetace-
ril mino-
ris conf.

decoctum, Lentigines, varos, albos, & ceteras cutis infectiones exterit, infectis particulis adhibitum. Instillatur succus vermiculosis auribus, quinetiam illinitur contra papulas, & manantia capitis ulcera. Quo fit ut non parum aberraverint inter Mauritanos Mesues, Avicenna, & Serapio, quod Centaurii minoris vires cum majori turpiter confuderim. Gal. prater ea, quae de Centaurio minori ad Papiam scripsit, ejus quoque meminit li. 7. simpl. med. sic inquit: Centaurii minoris radix Centaurii minoris vires ex Gal. prorsus inefficax est. Sed ramuli ejus & potissimum folia, quae illi inhaerent, & flores, utilissima sunt. Vincit in eis qualitas amara, paululum habens & adstrictionis, atque ob ejusmodi temperamentum admodum exiccatorium est medicamen, expers mordacitatis. Porro quod omnia talia utiliora sunt, supra commonui, & nunc nihil secius tamen nos repetere temperatum est, omnes ejus particulatim actiones memorantes. Vulnera itaque, magna herba ipsius recentis illitu glutinantur: & vetusta, quaeque, agere ad cicatricem perducere queunt ulcera, cicatrice eodem modo utentibus obducuntur. Aresacta vero glutinatoria, & desiccatoria miscetur facultatibus, iis videlicet, quae sinus, & fistulas sanare sunt nata, veteresque duritias emollire, tum ulcerum maligna, quae cacoethe vocantur, sanare. Miscetur etiam iis quae rheumaticis affectibus medentur: in quibus ea medicamenta optima sunt, quae vehementer desiccantia, cum quadam adstrictione nullam habent mordacitatem. Decoctum herbae quidam ischiadici infundunt, seu biliosa, & crassa ducens: nam & talia purgat: quanquam cum adeo vehementer operabitur, ut cruentam evacuet, tunc plus proderit. Succus porro ejus, cum ad similes sit facultatis, hoc est exiccatoria & abstersoria, cetera jam dicta pulchre efficere potest: & cum melle oculis illinitur, mensurae, & setum appositus evocat. Sunt qui ipsum praebeant & iis quibus nervi affecti sunt, ut qui evacuet, & desicet innoxie quae impleta sunt. Quippe cum jecinoris quoque, obstructions optime expediat, bonumque, sit lieni indurato remedium, foris impositum, nec secius, si quis bibere sustineat. Κενταύριον μινός sic Graece, Latine vero Centaurium minus dicitur: Arabicè, Canturion sege, & segir, seu Katarion seges: It. al. Centaurea minore: German. Tausend Guldenkraut/ Fieberkraut/ Erdgall/ seu Nominia, 20 Biberkraut: Hisp. Fel de tierra: Gallicè, Centauree, aut Fiel de terre, Centauree poulet: Bohemicè Zemez Luc menssy, Polonicè, Centurja: Ruthenicè, Nercymik.

Centaurium minus, Theoph. 9. hist. 4. Panax λευκόφυλλον seu tenuifolium, & Plin. l. 25. c. 6. Centaurium alterum cognomine λευκόν, quod aliqui Libadion vocant, quoniam secundum fontes nascatur: Gallis Exacon ἀπό τῆς ἐνυδρίας a medendo, dicitur. Hoc triplex est, vel umbellatum, hocque vel colore puniceo, vel albo: vel spicatum: vel perfoliatum luteum, hocque vel ramosum vel non ramosum. I. Cent. minus, C. B. Trag. Matth. Fuch. Dod. gal. & fol. Cord. in Diosc. Lac. Cast. Cam. Lug. Tab. Thal. Cent. minus, Lon. Cent. parvum, Lob. Centauria & Centaurea minor, Brunf. Centaurea vulgò, & Biondella vulgò, quia ad capillum ruffo colore tingendum mulieres utuntur, Cels. Hoc ratione foli variat, ut & Theoph. 4. hist. 5. meminit: si namque in humidis proveniat, altius excrecit, & quidem aliquando in bicubitalem altitudinem: si in aridis, vix duos aut tres transversos digitos adaequat. Flore est communiter in purpura rubente: aliquando albo, rarius ferrugineo. II. Centaurium minus spicatum album, C. B. Ex radice parva fibrosa, caulis exurgit unicus, qui mox in duos palmares & sesquipalmares, striatos, hique in alios brachiantur: folia parva pediculis carentia, quorum prima lata, subrotunda, superiora angusta, acuminata: flores ab imo sursum per caulem sparsi, linguli ex una ut plurimum caulis parte sibi invicem succedentes, qui ex calyculis foliosis prodeunt oblongi, albi, ea forma qua non patentes in figura exprimuntur, siquidem patientes sculptor non recte exprefferit: quibus succedunt siliquae, ut in vulgari, semen minutum continentes. In Italiae montibus Euganeis, & etiam in Gallia Narbonensi circa Monspelium provenit. III. Centaureum luteum perfoliatum, C. B. Herba est centaurii minoris magnitudine, quae ex radice candida & re-

* III. CENTAURIUM LUTEUM * IV. CENTAURIUM LUTEUM
perfoliatum. * non perfoliatum. *



nui cau

nui caulem rotundum emittit, rectum, pedalem, geniculatum, qui mox in alios brachiatur, quem ex singulis nodis cingunt folia, Centaurii minoris latiora, bina semper inter se opposita, & per longa intervalla coherentia, ut caulis per ipsum medium transire videatur, colore ex viridi & caeruleo albicante: quæ verò per terram sparsa sunt, saponariæ foliis æmula sunt, sed minora & candicantia: ramulorum summis flores Hyperico similes, quorum singuli communiter octo foliis constant, aliquando pallidè, aliquando intensè lutei & planè aurei, vel crocei insident: quib. vascula rotunda centaureæ vulgaris majora succedunt, minuta semina nigra continentia. Duplex est, alterum angustioribus & non perfoliatis, alterum latioribus multò, & caulem ambientib. foliis, in summo tantùm ramosum: sic quod non ramosum est à præcedenti in eo differt, quod in summo fastigio florem singularem chrysanthemo similem sustineat, ut apud Lugd. sub centaureo luteo altero habetur. Provenit apud nos in pratis humidioribus Michelfelden sib. autumnò florens, in ascensu montis ad S. Christianam, sic in collibus circa Tigurum, in agro etiam Bononiensi & Monspelienfi, in pratis udus versus Latte & Lupum montem observavimus: notarunt & alii in Hispania & Anglia. Minus amara, quam vulgaris fiet, quare coloris non nihil possidet & ad vulnera commendatur: at efficacius purgationes moliri creditur. Hoc quibusdam censetur Achilleon vera apud Plin. l. 25. c. 5. cujus fol. Centaureo floribus citreis pallidis Mesues 2. purgantium 10. meminit. Dicitur perfoliata Achillea, Ges. hor. Centaurium luteum, Adver. Clus. hist. Hisp. Centaurium florib. luteis sive citreis pallidis Mesuei, Lob. Centaurium luteum perfoliatum vel diaphyllum, Cam. ad Matt. Centaurium luteum, prius Lug. Achilleos, Centaurea major vulgo, Cæs. Cent. minus luteo flore perfoliatum, Tab. cujus figura non respondet, perfoliatum montanum luteum quibusdam. IV. Centaureum luteum nō perfoliatum.

Καταλάνων Λιμὸς.

CHAMÆLEON ALBUS.

CAP. VIII.

Chamæleon albus, Ixia ideo aliquibus vocatur, quòd quibusdam in locis viscum circa radices ejus invenitur: quo pro mastiche utuntur mulieres. Folia habet Silybo, aut Scolymo similia, asperiora, acutiora, nigroq; chamæleone validiora. Caulem non promit, verum ex medio spinas, echini marini, aut cinaræ modo erigit. Flores purpureos, veluti papporum lanugines emittit: semen cnico simile: radicem in lætis collibus crassam, in montosis vero graciliorem, in profundo albam, aliquatenus aromaticam, gravi odore, dulcem. Quæ pota acetabuli mensura, latas interaneorum tineas pellit: bibitur autem in vino austero cum origani fervefacti succo. Hydropicis commodissimè drachma in vino datur, etenim eos extenuat. Contra difficultatem urinæ decoctum propinatur. Hausta in vino, serpentium venenis resistit: occidit canes, & fues: mures item necat, subacta cum polenta, aut aqua, & oleo madefacta.

Χαμ.υλδίων μέλας.


CHAMÆLEON NIGER.

CAP. IX.

Chamæleon niger a foliis Scolymo similis eſſet, niſi minora, tenuioraq; ac rubro diſtincta viderentur. Caulem emittit dodrantalem, craſſitudine digitali, ſubrubrum: & in umbella flores ſpinofos, tenues hyacinthi æmulos, verſicolores: radice craſſa, nigra, denſa, interdum exefa, quæ diſſecta flavescit, & com- manducata mordet: provenit in campeſtribus, ſiccis, & clivofis tractibus, & maritimis. Radix trita, addito atramenti ſutorii exiguo, cedrino oleo, & axungia, ſcabiem abigit: eadem, cum ſibi ſulphur, & bitumen aſcivit, & cocta in aceto illinitur, impetigines abſterget. Decoctum collutione, dentium dolorem mitigat: cum pari pipere, & cera oblita radix, dolenti denti auxiliatur. Radice concifa, & in aceto decocta den- tes ſoventur: eos quoq; frangit, ſi ſcriptorio ſtylo fervens admoveatur: vitia curis in facie vitiligineſque

I. CHAMÆLEON ALBUS.

II. CHAMÆLEON NIGER.



cum

cum sulphure emendat, erodentibus medicamentis admiscetur: phagedænas tetraque ulcera illitu sanatur. Quare chamæleon vocetur, à varietate foliorum evenit: mutant enim cum terra colorem: hic viridia, illic albicantia, alicubi cærulea, nonnunquam rubra inveniuntur.

Chamæleon albus tam ab Hetruscis, quam ceteris ferè Italia incolis vulgò Carlina vocatur, quod credat vulgus (ut facile solet) herbam hanc magno olim Carolo regi ad fugandam sui exercitus pestem ab angelo demonstratam fuisse, tanquam antidotum omnium præsantissimum. Quo argumento freti vulgares quam plurimi, ad arcendam pestilentiam huiusce plantæ radices miris magnisq; laudibus commendant, si quotidie drachma devoretur. Nec quidem ab re: quando enim pota radix (ut Dioscorides & Gal. testantur) latas inter aneorum tineas interimat, & serpentium venenis resistat, mirum utiq; non fuerit, quod eadem in pestilentia opem ferre valeat. Falluntur nimirum, qui putant, stirpem illam præterea non absterilem (nostri eam Carciofo vulgò appellant) aculeis horrentem, cuius flore coaguli vice Hetruria utitur, alium esse Chamæleonem. Nam eorum error ex eo maxime diluitur, quod hæc contra chamæleonis albi descriptionem, in longo admodum caule echinatos suos proferat fructus. Porro Chamæleonem album nunquam Fuchsum (pace viri aliqui eruditissimi dixerim) vidisse existimaverim: quod libro suo de plantarum historia primum scribat, nullum hunc edere caulem, subinde huius sorte oblitus, eodem in loco eundem procero satis caule depingat. Quin nec nigrum idem novisse videtur, cum depictus ab eo, quem tamen planè non probat, nullis notis legitimo, meo quidem iudicio, respondeat. Nascitur niger in Tridentino agro, Ananiensibus admodum frequens tum montibus, tum collibus, nullis reclamantibus notis. Qua in re hallucinantur monachi reverendi, qui Mesuem commentati sunt, cum certò sibi persuadeant, Carlinam (ut eorum utar distinctione) caulem proferentem, ejusdem esse spinam albam, quam Græci *ἄναβαν δένδρον* dicunt, Mauritaniam vero Bedeguar: item Carlinam alteram caule viduam, esse spinam Arabicam, ab Aphris Sucha vocatam. Quippe cum spina alba (ut Diosc. est author) bicubitali sit caule, ipsoq; albicante, unde fortasse nomen traxit, & inani, flore verò purpureo nirescat: Carlina verò hæc caule sit dodrante paulò majore, ple-

III. CHAMÆLEON NIGER ALTER.



no, non inani: subrubro, non albicante, floribus hyacinthi amul-
lis: nulla ratione dici posse putaverim, Carlinam hanc esse spi-
nam albam, sed potius rufam. Cum nec similiter monachi un-
quam probare possint, Carlinam alteram caule vacantem Ara-
bicam esse spinam: quod nusquam Diosc. scripsisse invenerim,
spinam Arabicam caule vacare, sed spinam albam potius esse per-
silem. Ex quo rectè (ut arbitror) concludi potest, quod cum spi-
na alba proculdubio caulem edat, eundem quoq; Arabica pro-
mat. Sunt etiam qui velint, Carlinam caulem gerentem nihil
differre ab altera qua caulem non fert, nisi sexu, nempe quod
altera mas, altera verò semina fortasse fuerit: negantq; o-
mnino has plantas esse Chamæleones, illamq; præsertim nigrum
Chamæleonem esse nolunt, qua caulem rufum gerit. Hocq; ar-
gumento nituntur, quod scripserit Gal. l. 8. simp. med. Chamæ-
leontis nigri radicem lethale quiddam obtinere: eamq; ob
causam in extrinsecis tantum venire medicamentis. Sed cum
raphan vice à compluribus copiose cum acetariis edatur, nulla
penitus incommodo, nec esse hanc nigrum Chamæleonem, nec e-
jus speciem probant. Quibus facile responderi potest, quod in
Græcia, fortasse in Ponto, aliisq; conterminis regionibus Cha-
mæleontis nigri radix sit venenosa, & in Italia salubris, exuta
ob cæli huius clementiam lethali facultate, quemadmodum &
Persea, qua tamen si Persis semper fuerit lethifera, Aegyptius ta-
men innocua facta est, soli & cæli bonitate. Arum præterea Cy-
renis adeò mite est, ut rapi modo in ciborum usum veniat, cum
tamen in Græcia & Italia adeò acerrimum sit, ut nec coctum,
nec crudum edi possit. Quin & scorpiones in aliquibus terra-
rum orbis partibus istos interficiunt: in aliquibus verò, ut in
Tridentino tractu, nullum istu venenum relinquunt: quo et-
jam in loco nigrum veratrum nulla dejectoria vi pollet, id quod

in Colchico Ephemero quoq; videmus, quod eo pro Hermodactylo innocue (quanquam temere) utantur Medici. Ceterum
illud præter dicta nos maxime ad credendum inducit, Carlinam caulem fundentem esse CHAMÆLEONEM NI-
GRUM, quod hæc planta omnibus in universum notu nigrum Chamæleonem referat. Quandoquidem foliis constat scoly-
mo minoribus tenuioribusq; subrubra per medium excurrente costa: caule item dodrante, crassitudine digitali subrubro,
floribus, in umbella spinosis, tenuibus, hyacinthino colore versicoloribus: radice crassa, externis nigra, densa, & aliquando
corrofa, qua fracta intus flavescit, & commanducata mordet: fateor tamen hanc umbellam non ferre, (ut Diosc. inquit)
sed echinatum capitulum, perinde ac album Chamæleonem. Verum hoc non me omnino à mea dimover opinione, quod
Dioscoridem videam in quâ plurimis locis improprie uti vocabulis. * In qua certe delineatione hæc planta ita ad amissim
conveniunt, ut nemo, nisi sensibus, & ingenio obtusus fuerit, Carlinam, qua caulem mittit, Chamæleonem nigrum esse non
videat, & perspicue intelligat. Id quod equidem certior ob diligentiorum inquisitionem factus, hoc tempore asserere non
dubitavi, licet alias aliter senserim. Hæc, in sententia permanere decrevi, donec aliquis rei herbaria diligentissimus æque
& doctissimus indagator, alios à Carlinis Chamæleones ostendat in Italia, qui rectius suis notis Diosc. historiam represen-
tent: tunc enim in hoc, ut in aliis quoq;, non gravabor mutare sententiam. * Addimus tamen aliam CHAMÆLEONIS NIGRI imaginem, qua mihi à doctissimo viro Bartholomeo Maranta, Neapoli transmissa est: qua tamen si umbel-
la Hyacinthini floribus scatens proferat, cum tamen folia rubris maculis varia non sint, in caule nulla prorsus rubedo spe-
ctetur, mansa Radix acedinis tantillum haud respiciat, exesa non sit, non flavescat, nec caules digitali crassitudine vide-
antur, cur legitimum Chamæleonem nigrum hanc plantam esse affirmem non habeo. Sed de his diffusius l. 4. nostrarum Epistola-
rum differimus, ad Marantam respondentes. Dixi sententiam meam, quam is censendam relinquo, qui rei plantaria ma-

Oribaf.
add. 7. ruf.
p. 1. live
fulva.

Chamæ-
leontis u-
triusque
confider.

Quorum-
dā error,

Monachorum
opin. ex-
plosa. quæ
fuit Car-
linam ef-
se Acan-
taceam

Quorum-
dā opi-
nio repro-
bata.

Chamæ-
leontis ni-
gri desct.

Chamæ-
leō niger
alter.

forem, quam ego, peritiam habent. Caterum hic non respondebo scyphanta a cuiusdam calumniis, in Chamaleonte adversum me promulgatis, cum libro 6. id mihi faciendum proposuerim, ubi de Ixia inter venena scribit Dioscorides. Ibi enim hujusce sophista, & rei plantaria pseudoindagatoris malitiam, recordiam. & apertam temeritatem fusiis aperiā. Explodendi sunt Arabicae factionis scriptores, ut qui non sine detestando errore, Græcorum vocabulorum vicinitate decepti, Chamaleonem, quam sua lingua Mez erion appellant, cum Chamaleone confundant. Nam Avicenna de Mez erio differens libro 8. tractatu 2. cap. 46. circa finem, suum errorem prodidit in verbis: Mez erion bibitur cum vino ad morsum vermium venenosorum, & est propriè nigrum, venenum mortiferum. Et quando miscetur cum Saviæ, & conjungitur cum aqua & oleo, interficit mures & canes, & porcos: hac ille. In quibus duplici notatur errore: primò quòd Mez erio eas tribuerit vires, quas albo Chamaleoni reddidit Dioscorides: deinde quòd nigrum, non utiq; album ea præstare crediderit, contra Dioscoridis sententiam. Meminit utriusq; Chamaleonis Theophrastus lib. 9. cap. 13. de plantarum historia, ubi sic habet. Chamaleonum, unus candidus, alter niger. Vires autem radicem inter se distant, & ipsæ etiam radices specie differunt. Candidi enim candida est, & dulcis, & crassa, & graviter olens. Utiles traditur ad fluxiones, cum confecta orbiculatim modo raphani decoctum est, juncò transfixa in seriem. Valet & ad interancorum animalia lara, cum passa uva comesa acetabuli mensura è vino bibitur austero. Occidit & canes, & sues: canes in farina hordeacea subacta cum aqua, & oleo: sues cum brassica. Et si hominem agrescentem experiri volueris, an vivere possit, lavandum ea radice triduo jubent. Hoc enim si toleraverit, moriturum nequaquam existimant. Nascitur aquè omnibus locis folio scolymo simili, verum ampliori, & terra proximò: capite magno, acano simili: unde quidam acanum eum vocant. Niger folio constat ad simili, præterquam quòd minori, leviori. Tota autem herba umbraculi speciem repræsentat: radice crassa & nigra extrinsecus, substava intrinsecus nititur. Loca gelida, humidaq; amat. Leporam, & vitiliginem abolet trita cum aceto, & ramentis illita: necnon & canes occidere potest: hætenus Theophrastus. Illud insuper non ignorandum est, viscum scilicet, quod Ixiā appellant, in Chamaleonis albi radice nascens, venenum esse mortiferum, cum tamen modica tantum quantitate sumptum somnolentos vigilantes reddat. Quamobrem Cretenses suarum lucubrationum gratia, ne somnum in opere, ex eo tantillum, aut modicum a cœna nullo incommodo assument. Hujus pleriq; loci meminit Plinius, & de eo nusquam non intellexit, ubi contra sumptum viscum aliquod remedium protulit. *Χαμαλέον λευκός* sic Græcè: Latine verò Chamaleon albus appellatur: Mauritanis, Chemeleon leute, seu Chamalium: Italis, Carlina, & Chamaleone bianco: Hispanis, Cardopinto: Gallis Carlina, five Chamaleon blanc: Bohemis, Pupauva byla. At planta qua *Χαμαλέον μέλας* Chamaleon niger Latinis vocatur: Arabibus, Chemeleon melamos: Italis, Chamaleone nero: Germanis, Eberwurq; Hispanis, Cardonette: Bohemis, Pupauva cerna.

Chamæleon à foliorum varietate dicitur, ut ex Plinio colligere est, qui monet cum terra colores mutare, hic niger, illic viridis, alibi cyaneus, alibi croceus, atq; aliis coloribus videtur. Hujus differentia sunt aliquot ratione magnitudinis, colore floris, item ratione caulis, quo aliæ carent, aliæ habent. Dioscorides album & nigrum; Matth. verò hunc etiam duplicem proponit. I. Chamæleon albus acaulis, C.B. Ixia & Chamæl. albus Theophrasti (Vernilaginem Gaza vertit) & Plinii. Chamæleon albus, Matth. Cord. in Diosc. Lac. Lob. Cast. Lugd. Spina Arabica, Dod. gal. Carlina humilis, Dod. 8. Carlina altera, Dod. fol. Carlina minor, Clus. hist. Pann. Carlina herbariorum, Lob. obs. Carlino vulgi, Cæsal. Carlina sessili flore *καυλός*, Cam. Cardopatum flore albo caule nullo, Gef. hor. Silybus vulgò, Carlina, Gef. Fracto. Helxine Pliniana, Anguill. Variat hæc quòd altera sit flore albo amplo, interdum sine caule, nonnunquam caule pedali: altera minor, flore purpurascens & sine caule. II. Chamæleon albus caule donatus, C.B. Eberwurq; id est, Apri radix & Cardoparis, Brunf. Chamæl. niger vulgaris, Trag. Chamæl. niger alter, Matth. Lug. Chamæl. niger, Lac. Chamæl. albus, Fuch. Lob. Chamæl. Lon. Leucacantha, Dod. gal. Carlina seu Leucacantha, Dod. fol. Carlina alia caule cubitali, Cam. Cardopatum flore albo caulem habens, Gef. hort. Carlina major, Clus. hist. Pann. Crocodilium, Lugd. flore est albicante, rarissime rubente. Hæc non videtur à præcedente differre, nisi quòd caulem proferat. Hanc ex secunda & tertia Matth. edit. ubi tantum hæc duæ habentur, in suum restituimus locum, ut cujus figura in quinque postremis edit. ut & suo in Comp. sub Chamæleone nigro altero Chalcographorum injuria, sit posita. III. Chamæleon niger alter, Matth. Chamæleon niger Dioscoridis Maranthæ, Lob. Cæmer. Chamæleon niger Cortusi, Dod. fol. Chamæleon niger Dioscoridis, Anguill. & Cast. Chamæleon niger verus Dalechampii, Lugd. Crocodilium, Tabernæmontano.

Κροcodίλιον.

CROCODILIUM.

CAP. X.

59

*ἡ πηλο-
ρδία, ita
Meum. i.
lota, at
Cat. πη-
ρδία, i. c.
pota.*
Crocodi-
lii confid.
Opi. ex-
ploia.

Crocodilium chamæleontis nigri figuram habet. Nascitur in sylvis, radice longa, levi, aliquantulum lata, odore, ut nasturtii acuto. Fervescit in aqua, & a pota radix, sanguinem copiosum per nares pellit: datur lienosis, eos evidenter adjuvans. Semen ei rotundum inest, duplex uti scutum: quod suapte vi urinam ciet.

*Eryngiū
marinum
non esse
Crocodi-
lium.
Plin. de
Crocod.
Crocodi-
lii vires
ex Gal.*
Sunt qui velint, Carlinam vulgò vocatam, eam inquam, qua caulem profert, legitimum esse Crocodilium. Sed eorum opinio mihi quidem nullo modo satisfacere potest. Siquidem (ut præcedenti capite retulimus) Carlina, qua caulem emittit, adeò omnibus in universum notis chamæleonem nigrum repræsentat, ut vix unquam persuaderi possum eam esse Crocodilium: præsertim cum factò periculo in sane viribus careat, quibus Crocodilium præstare scribunt, nempe quòd radicis decoctum potum sanguinem per nares copiosum trahat. Adde quòd Crocodilii radix sit longa, levis, aliquantulum lata, & odore, ut nasturtii, acuto. Illi verò Carlina generi crassa, nigra densa, exesaq; non autem lata, nec levis, nec nasturtii odorem spirans. Non desunt alii, qui Eryngium marinum Crocodilium existiment. Verum cum illud in litoribus maris nascatur, chamæleoni nigro sit abstinile, nec sanguinem è naribus eliciat: Crocodilium verò proveniat in sylvis, compluribus aliis reclamantibus notis, is etiam haudquaquam ad stipularem possum. O quam magni facerent Medici Crocodilium, si in Italia nasceretur, ubi tamen hætenus ipsum videre non licuit, cum ejus radicis decoctum tantum sit facultate præditum, ut potu tantum sanguinem copiosum per nares pellat. Crocodilii meminit Plinius lib. 27. cap. 8. non tamen plura tradidit, quam Dioscorides à quo illa omnia accepisse videtur: quanquam in hoc ab eo dissentit, quòd Crocodilium in subuleis nasci prodiderit, cum tamen in sylvis nasci scribat Dioscorides. Hujus facultates 17. simplicium medicamentorum memoria prodidit Gal. sic inquit. Crocodilii semen acre est, atq; odoratum, urinam mensesq; ciet. Itaq; facultatem habuerit calidam,

